



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Jest to cyfrowa wersja książki, która przez pokolenia przechowywana była na bibliotecznych półkach, zanim została troskliwie zeskanowana przez Google w ramach projektu światowej biblioteki sieciowej.

Prawa autorskie do niej zdały już wygasnąć i książka stała się częścią powszechnego dziedzictwa. Książka należąca do powszechnego dziedzictwa to książka nigdy nie objęta prawami autorskimi lub do której prawa te wygasły. Zaliczenie książki do powszechnego dziedzictwa zależy od kraju. Książki należące do powszechnego dziedzictwa to nasze wrota do przeszłości. Stanowią nieoceniony dorobek historyczny i kulturowy oraz źródło cennej wiedzy.

Uwagi, notatki i inne zapisy na marginesach, obecne w oryginalnym wolumenie, znajdują się również w tym pliku – przypominając długą podróż tej książki od wydawcy do biblioteki, a wreszcie do Ciebie.

Zasady użytkowania

Google szczeni się współpracą z bibliotekami w ramach projektu digitalizacji materiałów będących powszechnym dziedzictwem oraz ich upubliczniania. Książki będące takim dziedzictwem stanowią własność publiczną, a my po prostu staramy się je zachować dla przyszłych pokoleń. Niemniej jednak, prace takie są kosztowne. W związku z tym, aby nadal móc dostarczać te materiały, podjęliśmy środki, takie jak np. ograniczenia techniczne zapobiegające automatyzacji zapytań po to, aby zapobiegać nadużyciom ze strony podmiotów komercyjnych.

Prosimy również o:


- Wykorzystywanie tych plików jedynie w celach niekomercyjnych
Google Book Search to usługa przeznaczona dla osób prywatnych, prosimy o korzystanie z tych plików jedynie w niekomercyjnych celach prywatnych.
- Nieautomatyzowanie zapytań
Prosimy o niewysyłanie zautomatyzowanych zapytań jakiegokolwiek rodzaju do systemu Google. W przypadku prowadzenia badań nad tłumaczeniami maszynowymi, optycznym rozpoznawaniem znaków lub innymi dziedzinami, w których przydatny jest dostęp do dużych ilości tekstu, prosimy o kontakt z nami. Zachęcamy do korzystania z materiałów będących powszechnym dziedzictwem do takich celów. Możemy być w tym pomocni.
- Zachowywanie przypisań
Znak wodny "Google" w każdym pliku jest niezbędny do informowania o tym projekcie i ułatwiania znajdowania dodatkowych materiałów za pośrednictwem Google Book Search. Prosimy go nie usuwać.
- Przestrzeganie prawa
W każdym przypadku użytkownik ponosi odpowiedzialność za zgodność swoich działań z prawem. Nie wolno przyjmować, że skoro dana książka została uznana za część powszechnego dziedzictwa w Stanach Zjednoczonych, to dzieło to jest w ten sam sposób traktowane w innych krajach. Ochrona praw autorskich do danej książki zależy od przepisów poszczególnych krajów, a my nie możemy ręczyć, czy dany sposób użytkowania którejkolwiek książki jest dozwolony. Prosimy nie przyjmować, że dostępność jakiegokolwiek książki w Google Book Search oznacza, że można jej używać w dowolny sposób, w każdym miejscu świata. Kary za naruszenie praw autorskich mogą być bardzo dotkliwe.

Informacje o usłudze Google Book Search

Misją Google jest uporządkowanie światowych zasobów informacji, aby stały się powszechnie dostępne i użyteczne. Google Book Search ułatwia czytelnikom znajdowanie książek z całego świata, a autorom i wydawcom dotarcie do nowych czytelników. Cały tekst tej książki można przeszukiwać w internecie pod adresem <http://books.google.com/>

JN
6763
.A5162

A 452501 DUPL



459
TEKI A. PAWIŃSKIEGO.

T. VI.

DYARYUSZE SEJMOWE

cz. I.

1581, 1681, 1726 r.



WARSZAWA.

Skład główny w księgarni Gebethnera i Wolffa.

1900.

Druk L. Sekuradzińskiego i S-ki, Marszałka 27 B.



184

TEKI A. PAWIŃSKIEGO.

T. VI.

DYARYUSZE SEJMOWE

cz. I.

1581, 1681, 1726 r.



WARSZAWA.

Skład główny w księgarni Gebethnera i Wolffa.

1900.

Druk L. Szkaradzińskiego i S-ki, Mazowiecka № 2.

JN
6763
H5162

Дозволено Цензурою.
Варшава, 30 Сентября 1900 г.

U W A G A.

Przystępując do wydawnictwa dyaryuszów i aktów sejmowych, których odpisy zachowały się w „Tekach A. Pawińskiego“, postanowiliśmy trzymać się porządku chronologicznego w ich publikacji. Pierwsze miejsce zajmuje tu w porządku wspomnianym „Akt seymu walnego warszawskiego in anno 1581, ad 22. januarii naznaczonego“. Że jednak pierwszą część tego aktu wydał już w brzmieniu dosłownie zgodnym z naszą kopią, ks. Ignacy Polkowski, pod nazwą „Dyaryusza ks. Jana Piotrowskiego“ (Acta historica, res gestas Poloniae illustrantia, T. XI; Acta Stephani Regis 1576—1582; pag. 285—339.), pozostała jedynie do uwzględnienia druga część rzezczonego dokumentu, a mianowicie dodatki, składające się z szeregu dyplomatów, omawiających materye, poruszane na sejmie z r. 1581. Ponieważ allegata nasze różnią się od podobnych dodatków, załączonych przy wydawnictwie ks. Polkowskiego (l. c. str. 339 itd.) uznaliśmy za rzecz dla nauki pożyteczną, zamieścić je, stosownie do ich daty, na początku niniejszej publikacji.

J. K. K.





ACTA STEPHANI REGIS.



erenissime Rex! *). Eam quam debemus subjectionis nostre fidei studia atque officia sacrae Mti Vre Regiae subjecte offerimus...

Illatae nobis sunt ultimo Februarii literae Sacrae Mtis Vrae Riae patentes, ubi nominatim ad 15 mensis Martii Vilnam ad personalem praesentiam peremptorie evocamus ad informandos Sacrae Mtis Vrae commissarios de debitis per divum quondam Sigismundum Augustum regem Poloniae contractis; quae per nos contracta esse Sacrae Mti Vrae Rgiae perscribit; ideoque creditores remitti oportere Sacram vero Mtem Vram Rgiam de nobis justiciam administrare necesse habere. Ita nonnisi comparuerimus nos ad solutionem eorundem debitorum omnino condemnandum iri bonaque et facultates nostras hoc nomine creditoribus addicenda fore. . . . Serenissime atque potentissime rex, primum quod literas illas patentes attinet illae sane tardius nobis redditae sunt, quam quod ad noticiam omnium fidejussorum praedecessoris Srae Mtis Vrae Riae deduci potuerint tempore tam angusto, cum alii fidejussorum a nobis, diversis locorum intervallis disjuncti sint, ite alii quadraginta et amplius, alii triginta, alii viginti ultro citroque miliaribus a nobis commoratione distent, ac vix intra terminum et tempus insinuatorum literarum

*) List niniejszy, aczkolwiek pochodzący z r. 1580, zamieszczamy tu ze względu na jego treść, łączącą go z wypadkami r. 1581.

quindecim dies intersint. Itaque quoniam nobis integrum non si ex aliis nostris collegiis sententiam, exquirere ea, quae ratione nostrae in praesentiarum ipsa denique necessitas requirere viderentur ad easdem literas patentes Srae Mtis Vrae Riae respondendum esse iudicavimus; nimirum cum nobis de rationibus peculiariis, aliisque secretis thesauri divi quondam Sigismundi Augusti praedecessoris Srae Mtis Vrae Riae parum vel nihil constaret, ut qui ad nullum ministeria ejusmodi unquam adhibiti fuerimus, neque etiam pecuniam ullam nomine regio unquam acceperimus. Proinde etiam creditorum ad nos remitti jure non posse; tanto minus in bona nostra intrinsece remitti. Illud quidem, Serenissime, Rex fatemur: nos fidem nostram interposuisse pro divo quondam eodem Sigismundo rege nostro pietatissimo, illustrissimis Pomeraniae ducibus majestate sua hoc ipsi a nobis requirente. Quod officium sane ejusmodi esse arbitramur ut omnino fidei verae subjectionis conveniat. Id, quod nullo unquam tempore etiam Srae Mti Vrae Riae denegandum esse censemus. Verum cum debitum id liquidum sit et literis sigillo regni firmatis eidem ducibus cautum, omnino quoque aequitati et juri consentaneum esse iudicamus; ut regnum ipsum fidem suam liberet nosque evincat; vel si respublica non teneatur, ut id Srae Mtis Vrae Riae pro sua innata benignitate, aequitate et sanctae justitiae amore, qui iustissimi regis nomen et gloriam nunquam intermorituram, sibi perpetuo tanquam successor praestet, cujus nomen tanquam haereditatis successoris divum Sigismundum in amplissima forma obligasse comprobatum habemus; quem vel ex hoc de solutione illa anxiam curam suscepisse constat, cum redditus certos huic rei destinaret, relictis interim non contemnendis clenodiis, argentea et aurea suppellectilibus creditorum pecunia redemptis, quae ad felicem Srae Mtis Vrae Riae Poloniae gubernationem conservata et ad Sram Mtem Riam devolutae sunt. Proinde etiam eo magis omni subjectione Sram Mtem Riam dominum nostrum clementissimum subjectae et humiliter per omnia sacra obtestamur, ut huic negotio aliquando tandem finem imponat, et nos fidelissimos subditos suos clementer evincat ac tantis molestiis liberet. Hoc sicut sine omni contraversia ad Sram Mtem Riam spectat ita non modo magnam accessionem ad solidam justitiae et aequitatis gloriam Srae Mtis Vrae Riae adferet. Verum etiam omnes fideles subditos ejusdem a

milia studia, atque officia ea citabit, et apud exteros quoque regni
ii fidem non leviter labefactatam restituet. Quod restat Sram Mtem
ram Riam diu et feliciter etc. Datae Staragardi 5 die mensis Martii.
nno Domini 1580.

Christopherus Kostka, Palatinus Pomeraniae signavit.

Stanislaus de Lathalicze signavit.

Georgius a Benzin signavit.

Ernest Wagner signavit.

Mathias Żalinski, castellanus Gedanensis.

Leonardus Rembowski, abbas Peplinensis.

Michaelis Zilislunski.

II.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc.:

Significamus his litteris nostris quorum interest universis et
ingulis earum notitiam habituris. Quia nos pro nostro in serenis-
simam principem Dominam Annam Dei gratia Reginam Poloniae,
onjugem nostram charissimam, amore rationibus suae servitutis in
aturum tempus prospicere cupientes de consensu, consilio ac volun-
ate omnium regni nostri consiliariorum ad conventum generalem
egni praesentem congregatorum tumet nunciorum quoque terrestrium
eformationem jam pridem in procedentibus conventibus tractari
oeptam et ad finem non perductam jam vero hunc in praesenti
onventu conclusam et constitutam suae servituti faciendum, depu-
andum et assignandum esse duximus, talem qualem S. Regina Bona
uae S. mater habuit, conditionibus tum et legibus paulo post scrip-
is et adjunctis. Prout quidem praesentibus litteris nostris in hoerentes
onstitutionibus istius conventus praesentis facimus, deputamus, dan-
nus et assignamus conferimusque ac modo et jure reformationis
nscrivimus, videlicet in Castris, civitatibus oppidis, curiis, praediis et
villis, omnibus nostris regiis advocatiis, molendinis, pontalibus, agge-
alibus, piscinis, lacubus ac bonis nostris regalibus generaliter uni-
versis et singulariter singulis villisque tam antiquis quam noviter
ocatis et locandibus (!) ac fructibus per humanam industriam adin-

ventis, et hoc in palatinatu Masovie contistentibus etiam in arenis locatis et quacunque administratione ac regimine tenentibus possessis, etiam ad extrema vitae tempora quibuscunque personis seu ex quocunque alio contractu per nos vel antecessores nostros concessis, videlicet in bonis capitaneatus czernensis, oppido videlicet Czersko, Będkow, Rembkow, Dembe cum oppido Goscin nec non in bonis et tenentibus ac oppidis Garwolin, Latowicz, Strumiec et praediis, curiis ac villis omnibus ad eadem oppida et tenentibus pertinentibus et theloneo terrestri Czernensi et aquatico Istulae, item in bonis capitaneatus Warschoviensis ac civitate quoque ipsa Warsavia excepta tantummodo illius jurisdictione propter omnes conventus Regni generales, qui in ea haberi consueverunt) ac Curia etiam ibidem reginali et proventus ex civitate Warschoviensis et oppidis Piaseczno, Stanisławów, Nur, Ostrowia, nec non tenentibus et bonis in oppidis Blonensi Xiążyni, Camenecensi, Zawiszyn et theloneo ejusdem tenentiae aquatico et praediis, curiis ac villis omnibus molendinisque navigis, pontalibus, piscatoribus ad capitaneatum et curiam warschoviensem oppidaque et tenentibus pertinentes. Nec non in theloneis terrestribus et aquaticis warschoviensi et nurensi. Item in bonis capitaneatus zacroczimensis oppidaque et tenentibus pertinentes, oppido Zakroczym et oppido Szyroczec et nova civitate Kaszow tenentibus ac praediis, curiis ac villis omnibus molendinis ad capitaneatum zakroczymensem oppidaque et tenentibus pertinentes, item in bonis capitaneatus wyszegrodiensis et oppido Wyszegród ac tenentibus Młodzieszyn et praediis curiis, ac villis, omnibus molendinis ad oppidum et tenentiam Wyszegrod pertinentes, et in theloneo aquatico wyszegrodiensi. Item in bonis capitaneatus ciechanoviensis et oppidis Ciechanow, Przasnysz, Janowomiasto, Chorzek, ac tenentia sachoczynensi et in oppidis Rozanensi et Makoviensi et praediis, curiis villisque omnibus ad capitaneatum ciechanoviensem oppidaque et tenentibus pertinentes, nec non in theloneis terrestri ciechanoviensi terrestri Przasnensi, terrestri in Janowomiasto, terrestri et aquatico Rozanensi. Item in bonis Capitaneatus łomzensis et oppidis Łomza Nowogród, Zembrow, Colno, Ostrzalanka et praediis, curiis ac villis omnibus, molendinis, lacubus, venationibus ad capitaneatum łomzensis oppidaque pertinentes. Item in bonis Vizna, Radzikow et Wąszosze et omnibus praediis, curiis ac villis, molendinis ad capita

eatum visnensem oppidaque pertinentibus et theloneo terrestri
raszoszensi pontalique visnensi. Item in bonis et oppidis novo et
antiquo livensi tenuisque et bonis Korytnica et Jadowo ac proediis,
uriis ac villis omnibus ad capitaneatum livensem oppidaque et te-
tatas pertinentibus, et in theloneo terrestri livensi, et generaliter in
omnibus bonis quocunque nomine et appellatione nuncupatis et in
alatinatu Masoviae consistentibus, etiam his quae hic expressa non
sunt, sed prout quaeque ad regnum post extrema funera Illustrium
Masoviae ducum pleno jure sunt devoluta et prout ea serenissima
Regina Bona juxta litteras reformationis suae tenuit, habuit et possi-
debat per ipsam Ser. Dom. Annam Reginam, conjugem nostram
charissimam, modo reformatorio bona omnia praenominata, castra,
civitates, oppida, curias, praedia, villas, advocatias, molendina, lacus
et eadem bona nunc et ex antiquo quomodolibet spectantia et per-
tinentia, tenendum, habendum, possidendum, dirigendum et admi-
nistrandum utifruenda, ubi nos prius quam illam ex hac luce dece-
dere contigerit, cum omni jure, dominio, proprietate, omnibusque eo-
undem bonorum fructibus, proventibus, censibus, redditibus, servi-
ciis, pertinentiis, attinentiis, appensionibus et tam terrestribus quam
aquaticis theloneis duorum grossorum, *poradlne* vulgo, seu alias
brolestwo nuncupatorum exactionibus, contributionibus, usibus et
utilitatibus universis quomodolibet ad ipsas civitates, curias, praedia,
villas et bona ex antiquo spectandis, ac pleno et integro jure patro-
natus seu praesentandi eo modo, conditione et forma, quibus sere-
nissima olim Regina Bona ea tenuit habuit et possedit illisque prae-
stitit ac potita esse nihil penitus excipiendum quorum quamvis cae-
tera expressa et specificata non sunt, tamen pro expressis et spe-
cificatis hic habere volumus ita quod generalitas specialitati et spe-
cialitas generalitati in nullo deroget statuto et consuetudine de inter-
praetandis litteris nostris regalibus et aliis quibusvis laudatis et lau-
dandum in contrarium minime obstandum per ser. D. Annam Regi-
nam, conjugem nostram charissimam obtinendum et utifruendum
uxta regni et terrarum nostrarum consuetudinem, absque ulla suc-
cessorum nostrorum contradictione et impedimento, tenuendo, ha-
bendo, possidendo modo et jure reformatorio ad extrema usque
vetae suae tempora promittendum est verbo nostro regio pro nobis
et successoribus nostris praedictam S. D. Annam R. conjugem no-

stram amantissimam in dictis civitatibus, oppidis, curiis, praedii villis, bonis, possessionibus expedire, conservare, certificare, manut nere, defendere et pacificare sine ulla fraude et dolo adversus un versos et singulos, et ab omni instantia et impetitione, tam juridica quam violenta cujuslibet personae et quarum vis personarum, sta tusque et sexus utriusque, ac cujusvis conditionis hominum. Quorum quidem bonorum omnium suprascriptorum serenissimae Reginae, con jugi nostrae charissimae, jure ac titulo reformatorio a nobis inscrip torum moderni possessores ac tenutarii omnes, quoad vixerit, conse vari debebunt a sua serenitate juxta jura eorum illis tam a nobis quam a serenissimis antecessoribus nostris super bona ipsa conces sorum, quae nos salva ac illaesa manere, neque hac reformationi suae serenitati a nobis facta quicquam illis derogari volumus; mor tuo vero quovis praeratorum bonorum omnium possessore, ac tenu tario, illa ipsa bona pleno jure ad suam serenitatem cum omnibu fructibus ac emolumentis devolventur, neque nos vel successores nostri serenissimi Poloniae Reges in ejusmodi bonorum morte cu juscumque possessoris vacantium dispositionum administrationumque sese ingeremus, nec cuiquam eadem conferemus, vel in eisdem con ferendis, ac ex usu et arbitrio suo administrandi serenissimam conjugem nostram impediemus. Hoc autem, vel imprimis cave mus, quemadmodum et constitutione publica cautum quoque esse, ut quarta pars fructuum ex illis bonis omnibus proveniens semper quotannis in aerarium publicum Ravam intergre ex praescripto constitutionum Regni publicarum inferatur ab eorundem bo norum modernis possessoribus, et ab ipsa quoque ser: conjugem no stra cum ipsa bona haec a sua serenitate quacunque ratione con cessa et data fuerint. Deinde vero, quoniam inteo ea ipsa bona re formationi suae serenitatis subjecta, multi sunt capitaneatus, proefec turae et tenutae annexam, jurisdictionum super statum militarem anti quitus habentes, ideo reservamus nobis et serenissimis successoribus nostris integram plenamque facultatem jurisdictionis illius in praefatis bonis in quibuscumque esset, personis quibus nobis visum esset, con ferenda cum provisione ordinaria, qua in re nihil nobis successoribusque nostris obstare poterit, jus hoc suae serenitatis reformatorium. Hi que omnes capitanei, a nobis jurisdictioni causa dati, tenebuntur nobis serenissimisque successoribus nostris, Poloniae regibus ad

isi quoque regno Poloniae juramentum tale praestare, quale ab aliis
mnibus capitaneis praestari solet. Quantum vero fructuum et pro-
entium ex illis bonis, quae aliquum morte cujusvis tenentarii et posse-
oris ab hinc interveniendo, ad suae serenitatis possessionem devenient,
uae serenitati et thesaurum accesserit, tum semper detrahiae (!) diminui
ebebit ex provisione illa viginti quatuor millium flor. pecuniae,
uae suae serenitati ex theloneis regni quotannis solvitur; ut autem
reformatio haec ad eum modum a nobis de consilio asensu et vo-
ntate omnium regni nostri consiliariorum in eo praesenti conventu
ongregatorum, tum et nunciorum quoque terrestrium suae serenitati
acta firmetur, ac stabiliatur praedictarum civitatum. oppidorum, prae-
iorum, curiarum, et villarum rectores, capitanei, officiales, advocati
t cives, tam praesentes, quam futuri, ipsi serenissimae D. Annae R.,
onjugi nostrae charissimae, plenam praestabunt sponsonem, et fide-
tatis jusjurandum, quod nulli alteri, nisi suae serenitati ab eademque
fricialibus constitutis, et constituendis, morte nostra intervenientes,
raedictas civitates, oppida, praedia, curias, et villas plenarie et cum
ffectu tradent, et subicient, ac illorum omnimodam plenamque fa-
ient cessionem, et resignationem eidemque ser. D. Annae in omni-
us parebunt fideliter, et constanter, prout nobis et praedecessoribus
ostris parere consueverunt, et sunt obligati intendere, et obedire,
alva tum jurisdictione capitali. Hoc addito, ut siquando contributio
liqua, communi decreto instituta fuerit in regno universo, praefata
omnia bona reformatoria ipsius ser. D. Annae Reg. caeterisque re-
gnicolis se in contribuendum conformabunt, et ad postas, seu *podvo-
las* praestandum more solito sint adstricti. Promittimus et pro no-
is, et successoribus nostris quod ubi nos prius quam dictam S. D.
Annam R. conjugem nostram amantissiman ab humanis decedere
ontigerit, tunc ipsa S. Anna, conjunx nostra amantissima, tenere
et possidere utifruique debeat, et possit omnibus praedictis civitatibus,
oppidis, curiis, praediis, et villis, tanquam propriis, et juxta morem, et
consuetudinem aliarum reformationum Reginarum Poloniae, ac uti ea
omnia memor serenitatis ejus, serenissima Regina Bona ad suum ex
Polonia in Italiam discessum tenuit, et est usa, usque ad terminum
vitae suae, et in illis omnia jura reginalia exercere jurisdictione, obe-
dientia, et fidelitate capitaneorum, salva et integra, nec possit in vita
ab aliis regibus, aut quibuscunque aliis eximi, vel privari quocunque

modo. Moriente autem S. prafata. D. Anna R. conjuge nostra amatissima, dictae civitates, castra, oppida, curiae, praedia, villae, advcatiae, mollendina, bona, et possessiones, ad nos et serenissimos successores nostros, Poloniae reges, ac ipsumquoque Poloniae regnum iudicabunt pleno jure. Ut vero eo melius status suae serenitatis a nobis provideretur, ad ea bona in praesentibus litteris reformationis comprehensa de consilio itidem consiliariorum omnium Regni nostri, et magni ducatus Lithvaniae, et nunciorum est terrestrium, assignavimus suae serenitati in magno ducatu Lithvaniae certa bona nostra, ex quibus singulis annis provenirent suae serenitati undecim millia ducatorum et septuaginta floreni, qua de re cautum quoque esse a nobis suae serenitati specialibus litteris nostris sub sigillo magni ducatus Lithvaniae emanatis. Quoniam vero constitutionibus ejusdem conventus praesentis cautum quoque esse, licere dare suae serenitati triginta millia flor. pecuniae in magno ducatu Lithvaniae in bonis suae serenitatis ad dictam reformationem adjectis servitoribus suis, et aliis quibusvis personis Regni, et magni ducatus nostri Lithvaniae incolis, non autem peregrinis et extraneis inscribere, ac item alia triginta millia flor. in bonis quibusvisque suprascriptis in Masovia consistentes, suis reformationis. Ideo nos quoque eidem constitutioni innixi deque consensu et consilio Regni nostri consiliariorum ad eum conventum congregatorum, ac nunciorum, est terrestrium, omnium cavendum quoque a nobis esse ea de re peculiaribus litteris nostris suae serenitati existimavimus, prout jam hisce litteris nostris cavemus, literumque, ac licitum semper suae serenitati esse debere decernimus, declaramus, ac statuimus triginta millium flor. pecuniae summam, quemlibet florenum triginta gross. polonicos computandum, in quibusvisque bonis suprascriptis reformationi suae serenitatis subjectis, cuicumque ex servitoribus famulis, famulabus de seque suae antecessoribus divisisque parentibus suis benemeritis et quibusvis aliis personis regni et magni ducatus Lithvaniae indigenis ac incolis non autem peregrinis et advcatis pro arbitrio et beneplacito suo, obligare, inscribere, assecrari demonstrareque inscriptionibus suis in forma sufficienti, et perfecto sub sigillo suo subscriptioneque manus suae propriae, vel est testamento in mortis suae articulo legare. Quibus vero aliquid de summa hac triginta millium flor. pecuniae a sua serenitate inscriptum in quibusvisque bonis reformationi subjectis fuerit, illa ipsa bona i

usmodi summa obligata ex praescripto litterarum, ea de re a sua serenitate illis datarum tenebunt, habebunt, et possidebunt, iisdemque tiffuentur pacifice, libere et quiete sine cujusquam impedimento, sique ad exemptionem, ac summae inscriptae realem et effectivam dispositionem. Quod si autem aliis quam ipsis dictorum bonorum modernis in summis pecuniariis possessoribus ejusmodi summae serenitate sua inscriptae fuerint, si quibus hae summae inscriberentur, non prius eorum bonorum possessionem adibunt, nisi post mortem modernorum possessorum. Non debet autem sua serenitas quicquam amplius praeteream triginta millium flor. pecuniae summam in hisce conditionis, reformationi suae subjectis, cuiquam inscribere. Quod si vero per oblivionem aut aliam quamcunque causam plus inscripserit in eo, hanc rationem teneri volumus, ut hae tantum inscriptiones firmae habentur, quae prius fuerint a sua serenitate factae, illae vero quae posterius, ultra quam summam 30,000 flor. se exendit, factae erunt irrita censi debent. Eademque ratio servabitur in legatione testamenti suae serenitatis, ut si summa legatorum excedat, summa triginta millium flor.; si legatas sibi summas obtineant, qui primo loco in testamento inscripti fuerint. (sic!) Ut vero difficultatibus quae exinde post modum oriri possint via praecludatur illi, quibus a sua serenitate aliquid de summa hac inscriptum fuerit, tenebuntur istius inscriptionis confirmationes in cancellaria nostra petere quas cancellarii nostri ipsis sine ulla refragatione dabunt. In illis tum dandis diligenter videbunt notabuntque summas cuique a serenitate sua assignatas. Et posteaquam viderint expletum esse triginta millium flor. numerum, caeteras si quae illis oblatae fuerint inscriptiones non confirmabunt. Quod si vero sua serenitatis majorem et ampliorem cautionem, et assecurationem in eo negotio desideraverit, eam proximo deinde generali regni conventu, ac quemadmodum necessitas postulaverit, daturos et facturos nos esse promittimus. Quae tamen melioratio est, si ex aliqua causa non fuerit consequentia, nihilominus haec reformatio ejusmodi pondus esse habitura ac si in amplissima et sufficientissima forma esset facta. (sic!) Atque in ejus rei idem praesentes manu nostra subscripsimus, et sigillo regni nostri muniri mandavimus. Datum Varschoviae in conventu regni nostri generali, feria secunda post Dominicam Laetare, quae fuit sexta

Die mensis martii, anno Domini 1581. Regni vero nostri an-
quinto. Praesentibus, ut supra in cessione.

Stephanus Rex.

Responsum S. R. M. illustrissimorum principum D. Joanni
Friderici, et Ernesti Ludovici, Pomeraniae Ducum etc.,

Oratoribus, Generosis Othoni a Ramin, et Victori Stednik datu
Varsaviae die 21 Martii 1581.

Quam S. R. M-ti illustri-
simorum principum D. Joannis Frid-
rici, et Ernesti Ludovici oratores salutem egregia cum testificati-
onem eorum erga R. M. amicitiae studiorum nunciarunt, hanc sua M. gra-
tiam sibi jucundamque habet, eorumque illustritatibus, et pari salu-
tate vicissim impertit, et pro summae vicinitatis amicitia, affinitatisque ne-
cessitudine, ipsis omnem animi sui benevolentia (s!) prompte deferat.
Quod eorum illustritates S. R. M. de rebus in Moscovia bene fel-
citerque gestis, gratulantur, quaeque gerenda adhuc cum hoste Mo-
sco supersunt, bonis omnibus et plena optimi studii comprecatione
prosequuntur, de eo sua M. eorum illustritatibus gratias agit, velle
que, ut Deus eorum vota optataque clementissime firmet: ac mutuo
animo studio optet, ut quae eorum illustritates suscipiunt, agunt
agent, suscipiant, Deus bene foeliciterque illis vertat.

Quod attinet ad crediti causam centum millium florenorum
quamvis id debitum S. R. M. minime existimet ad se ullo modo
pertinere, pro eo ut jam ante sua M. id pluribus respondit: tamen
ut sua M. nomini ac dignitati serenissimi praedecessoris sui constet
lat, et illustrimorum ducum, quibuscum sibi tanta conjunctio est
rationem habeat ad persolutionem debiti, ita consentit, ut sale nu-
mulato, *stochmal* dicto, tota illa principalis ex fodinis vieliciensibus
percipiatur conditionibus infra scriptis. Salis centenarium, continens
libras cracovienses centum triginta S. R. M. pro decem polonicis
gross. eorum illustribus imputabit. Extractio salis ejusdem rum-
lati sumptibus S. R. M. fiet, liberaque fluminibus ejusdem deducti
absque ulla exactione theloni et quovis impedimento permittetur
Coctio salis in regno sumptibus illustrissimorum ducum, ubi con-

odius videretur, ea ratione concedi posset, ut decoctum extra re-
rum cuctatur (sl). et hic non vendatur. Solutio principalis summae
de salis recipiendi modo, ut ad minus in quatuor annis perficiatur
que eliberandarum S. R. M. fodinarum causa. Quod ad causam
debitumque generosi Henrici Ramel, cancellarii suarum illustritatum
tinet, meminit S. R. M. jam ante, ea de re apud se actum, itidem
e responsum esse, neque dum sua M. satis exploratum habet,
suae debiti illius ratio sit, cum potissimum idem nomen in aliorum
varium rationibus reperitur, qui se pecuniam D. Sigismundo Au-
gusto S-mo M-tis suae antecessori credidisse asserunt, quae res cum
a se habeat, et sua M. bellicis occupationibus ita distineatur, ut
nihil hoc tempore istorum negotiorum plene cognoscere possit: ubi
vero se R. M-tas hac occupationum magnitudine liberaverit, causam
certius cognoscat, mentemque suam in eo quod ad se pertinere
intelligit, declarabit.

De caeteris etiam creditoribus, qui certis commissariis pecuniam
reddiderunt S. R. M. aliud respondere non potest, et in hoc potissimum
illi procinctu, quam quod jam ante tam eorum illustribus, pro iis in-
precedentibus, quam quod pluribus aliis respondit: cognoscat tamen
sua M. commodiore tempore de cujusque postulatis accuratius et
tam liquidius respondebit. De finibus S. R. M. illustrissimorum
principum postulatis libenter assentitur, ut hoc anno commissarii
trinque conveniant, qui contraversias omnes limitum dirimant:
aque negotii imprimis dabit magnifico Andreae Opalenski, quo cum
eorum illustritates, de opportuno ad eam rem tempore, poterunt con-
venire. Injuriis finitimorum, de quibus allatae querellae sunt S. R. M.
occurrere non praetermittet, et jus agenti ulla de vi allata dicet, hor-
atur vero eorum illustritates, ut itidem illi curam omnem adhibeant,
e (qua de re graves plurimaeque ad R. M. querellae perferuntur)
suis itidem subditis committatur, quod cum incolarum Regni
Poloniae injuria, et detrimento conjunctum sit. Haec S. R. M.
ad ea, quae praedicti oratores exposuerunt, habuit respondere. Da-
tum ut supra.

Responsum S. R. M. illustrissimi principis D. magni haeredi Norvegiae, Ducis Slesuici, Holsatiae, Stormariae, Ditmarsiaeque comitis in Oldenburg, et Delmenhorst, oratori, nobili Christophoro Sturcz, datum Varsaviae die 24 Martii, anno Domini 1581.

Quam S. R. M-ti illustrissimis principis D. magni haeredi Norvegiae etc., Legatus ejus illustratis nomine salutem cum testificatione observantiae erga majestatem suam dixit, eam S. R. M. gratam habet, vicissimque ejus illustritati, et salutem plurimam rerum omnium prosperitatem comprecatur.

Quod vero ad ipsa legationis capita attinet, pleraque quod ad ipsam feudi rationem, aut successionem attinet, quae alia huc pertinent, istiusmodi sunt, ut in hac magnitudine occupationum bellicarum a S. R. M. nihil nunc responderi possit. Qua propterea S. R. M. omnia ad suum in regnum reditum, bellicae absoluti tempus differat. Quibus de rebus ejus illustritas queritur, de iis mandata ad eos, a quos oportet, dabuntur, modisque omnibus sua M-tas faciat, ut ejus illustritas nullam conquerendi causam justam habere possit.

Hortatur vero S. R. M-tas, ut cum hoc bello Livoniae potissimum salus, atque ab hoste Mosco vindicatio quaeratur, et plurimum ejus illustritatis intersit, ut hostis ille omni ope coerceatur, ejus illustritas, quantum omnino eam ad rem opis subsidii. operae (si!) conferri potest, diligenter conferat: quod ejus illustritatem eo facilius praestare posse sua M. judicat, quò magis hoc superiore biennio, dum S. R. M-tas bellum ingenti sumptu, ac labore administrat, quievit. Non dubitat igitur sua M-tas, quin ejus illustritas hoc anno, quibuscuraque rebus poterit, publicae saluti subventurus sit. Haec. S. R. M. praedicti illustrissimi principis legato hoc tempore habuit respondere. Datum ut supra.

Responsum Reginae Angliae datum.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc.

Serenissimae principi ducae (sic.) Elizabethae Angliae, Franciae, Hungariae, Reginae, fidei defensatrici, ducae amicae nostrae charissimae, s

rem omniumque rerum foelicitatem. Serenissima princeps D. amica
arissima. Oratores S. V. qui hoc loco ad nos pervenere, audivi-
is libentissime, quaeque S. V. verbis nobis exponere cognovimus,
testificationem S. V. erga nos amici animi acceptissimam habe-
is, cui nos mutua voluntate, ac studio tuendae mutuae amicitiae
enter responsuri sumus. Ad causam vero negociationis inter sub-
os utriusque nostrum, quod attinet cum ejus rationem nobis non
tis exploratam habeamus, neque in hisce nostris bellicae expeditio-
s negociis ista peritius cognoscere possimus, commisimus certis
nsiliariis nostris, ut se Elbingam, quam primum conferunt eoque in
co rebus omnibus probe perceptis, ad nos omnia perferant, nos
gnitis rebus, quae in hoc genere sine subditorum nostrorum in-
modo fieri, atque a nobis concedi possint, libenter faciemus, quod
l utriusque subditorum nostrorum commoda, et mutuam negocia-
onis consuetudinem, quam maxime poterit pertinere, omnibusque in
bus S. V. declarabimus, nos ejus amicitiam, et subditorum nostro-
m inter se conjunctionem, plurimi facere. S. V. bene valere exop-
mus. Datum Varsoviae die 22 mensis Martii, anno Domini 1581.
agni vero nostri anno quinto.

Stephanus Rex.

esponsum S. R. M. eximio Georgio Lisemanno, societatis
vitarum anzeaticarum internuncio, datum Varsaviae die 25
Martii 1581 anno.

Acceptit S. R. M. quae civitatum anzeaticarum internuncius tum
rbis, exposuit, tum scripto M. suae declaravit, agi de jure negocia-
onis quod Angli in ditionibus sue M-tis obtinere desiderant, S. R. M.
telligit, de quo ipso M. sua per serenissimam Reginam Angliae dili-
enter interpellata est. Cum vero S. R. M. jura rationesque illius
negociationis satis sibi explorata non habeat, eaque hoc tempore sa-
s perspicere non possit, quid cum utilitate Regni sui, suorumque,
subditorum maxime conjunctum sit, ejus rei certius cognoscendae
usa, certos consiliarios suos designavit, qui rem omnem utrinque
entius cognoscat, et cognitam ad M. suam referant: quod cum

facient, sua M. rebus omnibus diligenter, exploratis perpensisque videre poterit, quid sibi ex aequitate, utilitateque Regni sui, et suorum subditorum hac in causa decernendum sit. Qua propter sua M. hoc tempore aliud respondere, ac decernere non potest, sed causam omnem tantisper differt, dum certior iis de rebus fiat, et explorati a quid constituere possit.

Datum ut supra.

Ab aliquot annis X. Jakub Uchański, arcybiskup gnieźnieński wziął był sobie za koadiutora p. Stanisława Czarnkowskiego, który był referendarzem i miał konsens na to Sigismundi Augusti regis i Henrici. Ale ta koadiutoria jego była przykra królowi, bo i ea dignitate X. Stanisława Czarnkowskiego chciał mieć, to dla tego go koronował i że exosus mu był Czarnkowski. Który Czarnkowski, iż widział tę być koadiutorią przeciwko myśli królewskiej, starał się przez cesarza i Henryka króla francuzkiego, aby był mógł mieć konsens papieżki, czym jeszcze bardziej obraził króla, że przez Cesarza, jego nieprzyjaciela, a przez Henryka, jako aemulum, te rzeczy sprawował, nie chciał jednak papież konfirmować tej koadiutorie przez przyzwolenia królewskiego. Chcąc jednak X. Czarnkowski i biskup kujawski, tym lepiej utwierdzić rzeczy swe, starał się aby Uchański, arcybiskup, revocował tę koadiutorią Czarnkowskiego i odzierał to przez p. Pawła Uchańskiego, który in decrepitate X. arcybiskupem i rzeczami jego rządził, i dał mu tę koadiutorią która nizej jest napisana. Acz nie używał jej X. Czarnkowski, bo iż prędko potym umarł, X. Uchański arcybiskup, aby i episcopiję i koadiutorieję w Rzymie nie płacić, wolał za praesentatorem królewską prosto po sacre postać.

Coadiutoria Archiepiscopalis.

In nomine Domini Amen.

Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum. Quod anno a nativitate Salvatoris, millesimo quingentesimo octuagesimo primo, indictione nona, die vero mensis.

ntificatus Serenissimi D. N. D. Gregorii, divina providentia papae cimitertii anno nono, in arce murata loviciensis, diocesis gnesnensis uba murata fenestris ad orientem, vel quasi habitis hora... in ea, notarii publici ac testium infrascriptorum, et ad infrascripta specialiter vocatorum, et rogatorum praesentia, personaliter constitutus reverendissimus in Christo pater, idemque*), illustrissimus princeps, et . D. Jacobus Uchanski, Dei gratia archiepiscopus gnesnensis, letatus natus, et Regni Poloniae primas, recognovit: Quod quamvis pro 10 innato, perpetuo, ac singulari de Ecclesia et R. P. bene merendi udio jam ab aliquod annis ingravescentem sentiens aetatem, ac ob effectus senectutis, qui in dies magis ac magis augentur, multum se rporis viribus destitui: animadvertibat se ea propter tam Ecclesiae risdictioni in metropolitani officio exercendo, quam muniis R. P. c parte Regni primatis, nec non bonorum ecclesiasticorum defensio i si quum alias nunc maxime necessariae non usque adeo satisfacere posse: tamen cum maxime vellet, et necessarium judicaret, aliuem sibi cooptare ad suas partes sublevandas coadiutorem, nulla itione id perficere partim quod sese in difficilioribus quibusdam, et nplificatis rationibus resolvere, per se non posset partim etiam quod oc non in sua salvis potestate consisteret. (sic.) Nunc vero octuagesium jam fere attingens annum, multo majorem considerans necessitatem plurimis incommodis cum Ecclesiae tum R. P. obviandi haud differendam amplius censint: sed quod maturis facere oportebat, eoolidius conscientiae imprimis suae deinde dignitatis archiepiscopalis, t bonorum ecclesiasticorum integritati prospiciendum esse. Quam eliberatione cum partibus omnibus studium suum erga R. P. et cclesiam contestari, ac ad posteros traducere studeret, hoc imprimis ibi spectandum proposuit (quamvis diversum quiddam non sine liquibus causis ante animo conceperat) plurimum interesse, ut non isi aliquis juxta consuetudinem legibus, et exemplis approbatam ex rdine episcoporum provinciae gnesnensis in partem muneris et one-

*) Widać stąd, że poprzedni ustęp polski (str. 14) zredagował tenże notarjusz, przed którym akt niniejszy został zeznany. Ponieważ zaś ustęp ów posiada cechy notatki, spisanej w celu poinformowania potomności o zasłużonych wyadkach, wnosić można, że zbiór niniejszy zawdzięczamy notarjuszowi łowickiemu, który zgromadził odpisy aktów, tutaj zawartych.

ris archiepiscopalis ascisceretur, qui videlicet non modo ecclesiarum rerum usum haberet, ac in senatoria dignitate negociorum R. P. peritia longa exercitatione excelleret, verum etiam qui aetate vigenti, ac viribus corporis ad hanc tantam molem sustinendam negociorum praeditus esset, ac item, qui venerabili capitula metropolitanae Ecclesiae, nec non S. R. M. supremo patrono ac D. imperatoris gratulus, ac probatus, esset. His enim causis et rationibus peremptoribus motus, cum neque perficere se id posse ulla ratione cum bona gratia R. M-tis cum commodo Ecclesiae et tranquillitate R. P. cum auctoritate denique R. P. sedis animadverteret, et novi exempli sequellam non conscientiae suae, ac bonae existimationis apud posteros scandalum metueret: priorem coadiutoriam ante annos sex citra vel ultra, tempore magis sub interregni infelicitate, quam necessitati in serviendo factam quocumque modo aut stylo conceptam omnino revocavit, prout et nunc revocat, ac pro irrita et nulla haberi debere decernit, atque in locum Magnifici Domini Stanislai Sandiougii a Czarnkow etc, hoc ut praefato modo revocati, cu nemo malius in ordine episcoporum magis idoneus juxta respectus et rationes superius expressas, reperiretur, Reverendissimum in Christo patrem D. Stanislaum Karnkowski, wladislavie sem et Pomeraniae episcopum, (in quem jam dudum ad eam dignitatem promovendum R. M-tis animum inclinatum esse perspectum habeat, et quem omnium vota concorditer expetunt, ut qui etiam non sine felici omine per absentiam illius, serenissimi regis modernum foeliciter regnantis, nec non serenissimae reginae coronator extitit sponte et libere, ex certa animi sui sententia, et longa deliberatione non vi, dolo, metu, fraude, aut aliqua sinistra machinatione sed tutus, vel circumventus: sed omnibus melioribus modo, stylo, via, jure, causa et forma, quibus magis et melius, firmiter, et efficacius de jure debuit et potuit, fecit, assumpsit, adoptavit, et constituit in suum verum certum, et indubitatum archiepiscopatum gnesnensem ad dignitatis primatialis coadiutorem, ac juris totius et dignitatis, bonorumque participationem cum plena, omnimoda et non limitata potestate, cumque certa et non dubitata ad praedictum archiepiscopatum et primatum successione prout praesentibus facit, assumit, adoptat et constituit praefatum reverendissimum D. episcopum, cui ex nunc in parte bonorum, possessionum praefati archiepiscopatus dedit, et admisit, prout praesentibus dat, et admittit, praefatus reveren. D. archiepiscopus gnesnensis

lem intromissionem et effectuaalem possessionem. Et hoc nomine agruæ sustentationis et realis actualisque possessionis et usurpationis juris præfati certi et indubitati omnibusque legibus concessi usu approbati coadiutoriae, videlicet bona clavis mnichovicensis in prædiis, ac villis Mnichovice, Jasienie, Wisokienice, Skoczykło-, Złota, Miłochniowice, Głuchów, Białynin, Byczki, Janisławice, Wyszno, Borysław, Raczuł, Słupia, Drzewcze, Gzów, Lipcze, Mszadł, Pola Drzewiecka, Chlebów, Ritniowiec, Bobrowa cum molendinis inibusque et singulis ad præfata bona pertinentiis tum cum omni re, dominio, et proprietate eorundem bonorum quemadmodum ea inania ipse possedit et habuit. Promittens per expressum (s!) ac sese sub juramento, manu pectori admota, obligans, præfatam coadiutoriam se non revocaturum, neque eidem ullo unquam tempore quonunque prætextu contracturum, sed eam semper ratam, gratam, firmam, et indubitatam habituram, committens et concedens eidem reverend. D. episcopo ex nunc plenam et omnimodam facultatem inania, quæ ad officium legitimi coadiutoris de jure ac more pertinent, agendi, vicesque ipsius reverend. D. archiepiscopi in publicis implendi, eundemque in omnibus juvandi, ita tandem, ut si quæ mutatio facienda sit, aut nova dispositio, absque scitu et consensu suo non debeat. Proinde pro hujus coadiutoriae apud serenissimum

N. et sanctam sedem apostolicam approbatione, corroboratione, confirmatione, confirmationeque certos et indubitatos suos procuratores, actores, factores et negotiorum præsentium gestores, ac nuntios eccliales, ac generales, iam ex nunc in mei ipsius, notarii publici præsentia, loco, tempore, prout supra notatum est, adque (s!) testibus, ut in acta patebit, alio certo instrumento publico in forma amplissima constituit, fecit et ordinavit, super quibus omnibus, et singulis præmissis eundem reverendissimus, et illustrissimus Dominus constituens, petiit me, eodem notario publico infrascripto, unum vel plura publica instrumenta fieri, atque confici instrumentum, vel instrumenta, hocque instrumentum, et ipse manu propria subscripsit, et sigillo suo communiri precepit. Actum et datum anno, indictione pontificatus, die, mense, hora, et loco, quibus supra, præsentibus magnifico, reverendo et generoso . Paulo Uchański, capitaneo drochobicensi, Sebastiano Brzozowski, sacano gnesnensi, Valentino Kutilowski Notario. Nurensi, testibus legitis.

* * *

Roku przeszłego posłał pan Jan Kostka wojewoda sendor
ski, opata Oliwskiego, Casparum Gostkam, do Franciej, do kr
Henrica, dla długu swego, który u króla miał, co zań płacił zo
rzom po jego electiej temu opatowi, iż doma była przykra jurisd
biskupa kujawskiego, pod którego zwierzchność był starał się o
jachawszy do Cistercinae (bo sam był ex eodem ordine), jakoby
neralis ordinis tu wisytatora, który by in bonum ordinem klasz
wprawił i ex juristitione episcoporum ujął je i uczynił, tak ge
ralis posłał.... który opowiedziawszy się królowi i wzięwszy
niego mandat do biskupów i opatów, aby mu tego nie bronio
revidował wszystkie klasztory ejus ordinis. Naostatek wszystkie o
ty conwokował do Wągrowca, tam dekrety poczynił przeciwko n
którym opatom, wyjął ich dekretem ex jurisdictione episcoporu
vicarium (s!) abo wągrowieckiego, abo tego oliwskiego chciał na swi
mieściu zostawić; biskupi aegre ferebant te jego sprawy i gdy chc
znowu drugie (s!) raz je revidować, nie dopuścił mu tego X. Łuka
Kościelecki, biskup poznański, gdyż o depositej drugich opat
myślił i zakazał opatom, aby go nie przymowali, gdy przyjeżd
i tak uczynili. Zaczym on zaklął opaty wszystkie diocoesis poz
niensis i pozwał je do Cistercium, X. biskupa bez poznanskiego, (s!) p
zwał do Rzymu. Przeciwko temu protestowali się tak jako, ni
stoi, tak X. biskup, jako i opaci i do króla pisali, prosząc tak, ja
niżej stoi, aby ad summum pontificem pisał, żeby ich nie turbow
ten mnich. Interim umarł opat sulejowski, król miał in animo ucz
nić opatem spowiednika swego, dalmatam, i starał się aby był el
ctus, ale tenze wizytator, jachawszy tam, obrał ostrowskiego mni
klasztoru wągrowieckiego, zaczym król był obrazon i pisał *jesli* (listy
takie, jako niżej stoją, (?) do nowo nominatum archiepiscopum. Jako
jachawszy tam, arcybiskup wzięwszy z sobą X. Jana Powodowski
go, proboszcza poznańskiego, który (gdyż jeszcze X. arcybiskup s
cry nie miał) był administratorem in spiritualibus arcybiskupstw
i złożywszy tego ostrowskiego, który z namowy ich benevole cess
obrali mnisi tego kapellana królewskiego, gdyż wizytator odjach
był przed tym do Franciej.

Oratio legatorum ducum Pomeraniae.

Serenissime, ac potentissime Rex, Domine D. clementissime. Illustrissimi principes, ac D. D. Joannes Fridericus, et D. Ernestus dovicus, stetinensium, pomeranorum, cassuborum et vandalorum ces, fratres Domini nostri benignissimi S. R. M. V. per nos salu- n plurimam dicunt, studia, fidem, atque amorem omnem deferunt e non foelices et perpetuos animae, corporisque successus compre- ntur. Cumque passim nunc pleno omnium ore percebuerit S. R. . V. praetumidum (s!) magni moschorum ducis factum, debellatis su- riori anno nobillissimis quibusdam ejus provinciis, haud vulgariter iminuisse, et de urgendo, ac foeliciter terminando hoc bello, nunc pos- simum serio, summoque studio laborare. Equidem S. C(elsitudines) immum ac singulare Dei Optimi Maximi beneficium, quod certe nec ostra nec patrum vidit aetas, hac in re libenter agnoscunt, atque . R. M. V. et laudatissimo huic Regno adeoque universis Baltrici aris accolis, ad quos hujus victoriae fructus praecipue spectat, hoc omine non tantum alacri pectore gratulantur, sed etiam enixe optant, o desiderant, ut is, qui dat salutem Regibus, cujusque natum hu- ana omnia sursum ac deorsum feruntur, porro dextram et consi- a S. R. M. V. quoque armet, regat et fortunet, quo omnia in sui onorem S. R. M. V. hujusque Regni, et finitimorum salutem, et tranquillitatem perpetuam redeant et redundant.

Et si vero aequius fuerat, vel testibus S. C. ipsis hoc in con- entum, dum S. R. M. V. senatores et proceres regni R. P. com- odis imprimis vigilant, nihil, quod vel molestiam, vel incommodi- tem creare posset, in medium proferre, tamen preter voluntatem mnem rebus S. C. ita ferentibus S. R. M. V. ipse nunc necessario iterpellare cogatur. Id, ne C. S. apud S. R. M. V. praejudicio, el incommodo sit, quanto queunt majori studio officiose petunt.

Causa vero haec est. Quod creditores ii, a quibus C. s. cen- um illa millia talerorum mutuo sumpserunt, quae ipso duodecim nnis ante serenissimo ac potentissimo quondam principi, ac Domi- o, D. Sigismundo Augusto, Regi Poloniae, D. affini charissimo piae scordationis scitu, et intercessione ordinum et senatorum Regni in ne- ssarios Regni et R. P. usus interpositis, ad id idoneis, atque am- lissimis hypotecis et fiede jussoribus, (s!) crediderunt, nunc molestissi- ne atque instantissime repetunt, atque ita repossunt, ut nullam pro-

sus solutionis moram se deinceps admissuros esse palam intentur. Haec quam sint C. s. gravia S. R. M. V. una cum senatoribus gravissimis pro sua prudentia facile inteligit. Proinde mora tenere S. R. M. V. dubio procul C. s. existimant. Quid praeteritis, hic Varschoviae, post Grodnae, et superiorum annorum comitiis et conventibus in negotio hujus reddendi mutui legitimisque ejus usibus damnis, et inusurio C. s. tam internunciis, quam litteris cum S. R. M. V. et ordine Regni, s(at)is firmiter, et pariter obligatis egerint. Hac sane S. R. M. V. eas cum ordinibus Regni rationes inituram esse, quae S. R. M. V. nequaquam indigne, quibus etiam sese hac aliquum molestia sentire, et S. C. in causa aequissima ac plenissima satisfieri posset.

Acceperunt autem praeter expectationem omnem ex responso S. R. M. V. 21 Januarii Varschoviae et Grodnae suis internunciis dato, horumque praeteriti anni subsecuta necessaria protestatione S. R. M. V. ex causis, ibi praetensis, aliquot adhuc in eo persistens Mutuum illud haut videri Regni debitum esse, nec etiam S. R. M. V. id pro publico agnoscere posse dinumerationem hujus exigenda ab iis, qui se non tantum, ut fidejussores, sed etiam ut principales constituerint. Et quanquam C. s. internuncii hoc responsum, seu valde dissimae obligationi Regiae, et facto contrarium, praejudiciisque variis plenum, injecta atque exhibita protestatione se recipere non possent testati sint, et simul solidis rationibus in contrarium adductis, publicum id esse, et publica autoritate scitum, et consensum ordinis contractum, enumeratum, et in rem Regni versum, evicerint, tamen quae fauciores tunc S. R. M. V. penes se haberet senatores, et consiliarios, hac sententia dimoveri eam non potuisse. Quam vero rursus hanc S. C. graviter accidantur? Qui, requisiti, ut dictum est multoties, regis et Regno conjunctissimo temporibus difficillimis majorum exemplo deessent, ut que hoc ipso, vel in pupillari aetate fidem, et artem singularem testarentur, eam pecuniam aliunde mutuo desumpserunt, ac porro D. Sigismundo Augusto Regi, ad defensionem Regni contra Moschum sine ulla spe lucri amice crediderunt, tantoque numero tempore annuas usuras inde dependerunt, et adhuc dependunt. Nunc vero cum optimo jure eandem reposcunt, ita C. s. per ambages et circumlocutiones et interim a creditoribus (ut nunc sunt horum hominum ingenio importunissime fatigari, nihil attinet pluribus apud S. R. M. V. gravissimum hunc concessum tangere. Sed quoniam C. s. spe inc

tata ducuntur S. R. M. V. quam ipse sui nomine sciunt honesti que aequi (cujus ipsa quasi lumen ex omnibus illis, quae per legatos suos diverso loco et tempore exposuerunt aspexit) esse appetitissimam potissimum ex iis, quae superiori anno in vim protestationis scripto opposita fuerunt statum et cardinem hujus negotii certius quam antea perspexisse, nimirum hoc debitum de publico Regis et Regni nomine publicis comitiis varschoviensi, et lublinensi contractum, et transactum est, cujus obligatio Regis et Regni sigillo publico, interpositis hypothecis, et fidejussoribus publicis, firmata est, cuius etiam usuras biennales publicae personae S. c. dependerunt, et quae quod etiam in publicum Regni usum versum est revero (s!) contractus absque scrupulo ullo esse publicum, ac secundum omnia jura divina, et humana ex publico dissolvendum, quemadmodum id pluribus, dicta illa protestatione, quam et nunc reproducere jubemur, ostensum est. Et super vacua sit apud bonos in bona causa commendatio, nec etiam veritas adminiculo verborum admodum clare videatur. C. s. majorem in modum petunt, ut S. R. M. V. quicquid, vel importunitati, vel potius necessitati pro Regia sua mansuetudine ignoscat, se ipsam permolesta hac sollicitatione et C. s. ingratum creditorum impetitionibus exoneret, ac nunc tandem summam iam centum millium talerorum cum usuris constitutis, damnis et expensis pro Regio suo munere reddi, vel saltem possessionem hypothecarum pro summa capitali, ejusque accessoriis obligaturum restituat. Alium n. (s!) C. s. quo defuncti Regis D. Sigismundi, et Regni raepugnantem et efficaciter obligata auctoritas salva, sarta, et tecta esse possit, modum non reperiunt ullum. Pro hac sane pugnat pugnantique perpetuo saepius adducta publica illa obligatio, urget id Livini, ac humani juris dispositio, interpellant, ac flagitant defuncti Regis cineres, suadet id aequitas ipsa, ac exposcere videtur S. R. M. V. in praedecessorem Regem, vel ipso exemplo necessaria utilis, ac honesta pietas, et benevolentia denique requirit ordinem, ac senatum in Regem defunctum, quem certe cum divis majoribus suis de hoc universo Regno, et quam plurimis familiis praeclarissime meritum constat debita, gratitudo ac fides. Id si a S. R. M. V. et ordinibus Regni impetrabunt, seu ipse cur minus obtinere debeant equidem, ut tandem plura in speciem adduci queant jure, et aequitate subnixas rationes vident, nullas vicissim S. R. M. V. et ordinibus Regni de-

ferunt C. s. quovis tempore, et loco gratissimorum et addictissimorum principum studia, fidem, ac benevolentiam perpetuam, ac paucissimam. Retulit preaterea vir nobilis, Henricus Ramel, cancellarius S. C. se multis annis ante avunculo suo, Rudingero Massaw, aliquot millia mutuo tallerorum dedisse, et rationibus quondam D. Sigismundo Regi oblati, Regisque manu, et sigillo secretiori firmatis, et per aliquo tempore acceptis, se satis superque docere posse, ac velle, dictis illis summis clenodia, ceu (s!) vocant et argenteam regiam suppellectilem, et satisfaciendum Lithvanico et Livonico, adversus moschos disposito praesidio mercatori cuidam Rejnhardo terakovensi, gedanensi, ut cum tribus praefecturis: samogitiensi nempe, cordensi, pelagensi, cretingensi, quas ille aliquot annos possedit, et in manibus habuit tunc oppignoratam redempta esse, eamque solutionem D. Sigismundum, Regem, dum vixit, ratam habuisse, pro sua agnovisse, et hinc ipso praedicto Massovio, certum et indubitatum debitorem se constituisse. Enixe itaque petiit, quantum in S. C. esset intercessione ahibita a S. R. M. V. impetrare, quo pecuniaria illa summa, quae nunc cum usuris consuetis, haud connumeratis damnis, et expensis supra 25 tallerorum millia excrevit, ei restituatur. Hujus vero debiti documenta, qua ille ad retrahendum suum satis esse censet S. C. simul obtulit, qua in conspectum S. R. M. V. et amplissimi senatus una cum serenissimi ac potentiss., principis, ac D. D. Friderici, II Regis Daniae, pro ipso scripta intercessione, et haeredum praedicti Massovii, in ipsum hujus debiti facta legitima cessione, jussi nunc repraesentamus, plura etiam ejus generis, si opus erit, post exhibituri sumus et verbis S. C. amenter, atque officiose petimus, ut S. R. M. V. ignoscere quibus benevolentiae, quibus S. C. complectitur, huic bono viro, qui praeter suum repetit nihil, et cujus fortunae ferme omnes etiam hinc dependent, ita lucere sinat, quo is S. R. M. V. heroice mentis Regis Daniae, aliorumque electorum, et principum. S. Rom. Imp. suarumque C. intercessionis fructus, percipere queat. Pollicentur vicissim C. s. atque in se recipiunt, eum ita se gesturum esse, ut nunquam peniteat S. R. M. V. ut nunquam liberalitatis, atque clementiae istius. Porro clientes S. C. complures viri nobiles ecclesiarum etiam scholarum et Xenodochiorum praepositi graviter conquesti sunt quod laicis, tanquam commissariis regiis, qui ad faciendam fidem, commisionem ipsam sub authographo, et sigillo Regis pre manibus tunc

ibuerunt, permagnam argenti vim crediderunt ea spe futurum, ut constituta commissionis camera, et huic attributis bonis, suum rsus consequerentur. Esse quidem saepius subjectissime id petim sed praeter spem omnem se ad Loicios, in quos S. R. M. V. s se reddituram benigne receperit, rejectos esse. Nunc vero, post iam praefatorum Loiciorum (qui compluribus aliis debuere et ad id debent) bona et possessiones, ex quibus ipsi solutionis spem plibus fecerant a S. R. M. V. viro generoso, ac strenuo, D. Ernesto ejero, cum ob debita sua, tum ob virtutem, et praeclara ipsius meta clementer concessa sint, dubitare se nihil S. R. M. V. pro officio suo, et equitate benigne effecturam, ut ipsis aliunde satisfiat. uoque citius et maturius ad id pertingere possent, ut pro ipsis hoc nomine ad S. R. M. V. intercederent, C. s. indesinenter institerunt, ad quoniam rem, prout gesta est, suplici libello plenius relatam S. exhibuerunt, et hunc S. R. M. V. ex mandato nostro demisse ferimus. Est profecto horum creditorum ea conditio, ut pars eorum aris et angoribus ammisere confecta, et extincta praeter lacrimas, t perpetua suspiria suis relinquerint, nihil. Qui vero adhuc superstites sunt, ob hoc debitum fortunis exacti ita sunt alternati et xhausti, ut quo se recipiant, ferme non habeant, et nisi post et secundum Deum S. R. M. V. gratia et clementi ope mature subleentur, ipsis quod vehementer dolendum est cum suis necessario er eundem sint. Commendant itaque C. s. horum clientium et ubditorum suorum causam per se jure et aequitate, quantumvis ommendatam S. R. M. V. quanta possunt ac debent, observantia mice rogantes, ut non tantum semel decreta ad probanda ipsorum lebita commissio suum nunc tandem effectum sortiatur sed et hom ea habeatur ratio, quae S. R. M. V. justitiae et aequitatis laules amplificare, ipsosque non nihil recreare queat ne tandem subusto legum clypeo occubuisse videantur. Hoc ipso S. R. M. V. dudio procul Deo gratum, et illorum expectationi benigne satisfaciet, psosque sibi, ac Regno perpetuo devinciet. Ac C. s. vicissim ita se omparabunt, ne subditi R. S. M. V. sicuti res sic tulerit contra jus t aequum se neglectos esse sentiant. Postremo meminisse S. R. M. V. juae superioribus comitiis ferme omnibus de terminandis finibus, ac ljudicandis, inde ultro citroque ortis controversiis C. s. per interuntios amice, ac diligenter petierint, ac proxime praeteritis hic comi-

tiis S. R. M. V. placuisse commissarios circiter festum Bartholomaei utrinque demandandum esse, qui tam finium controversiis cognoscerent dirimerentque, quam de injuriis jus dicerent, omniaque ad aequitatem, et tranquillitatem inter finitimos utriusque ditionis subditos complanarent. Et a S. M. V., tunc quemadmodum a C. s. hoc nomen quosdam deputatos fuisse, qui, si in rem praesentem venire potuissent, S. C. nihil optabilius accidisset.

Scriptis autem litteris S. C. Stetini 18 Julii redditis, magnificus (si) et generosus D. Andream Opalenski, regni marschalcum supremum ostendisse diem, dictam ad exitum Septembris, vel initium Octobris dubio procul ex impedimentis quibusdam prorogandam esse. Et quamquam C. s. deputatis commissariis, ad hoc iter quodam modo paratis et accinctis, id praeter spem accidit, in eo sibi tamen acquiescendum esse duxerunt. Quamvis etiam S. C. alium diem sub initium Octobris dicturae et deputatos suos illuc missurae erant, tamen quod in ipsis alia quaedam per magni momenti in Romano Imperio S. C. nomine eo temporis puncto obeunda essent, rem totam interventu hyemis prorsus contra S. C. voluntatem, huic usque extractam esse.

Cum autem C. s. nihil potius, vel antiquius ducant, quam cum S. R. M. V. Regnique Poloniae civibus universis, et singulis, quantum in ipsis est solidam, et firmam conjunctionem alere, et ad posterum majorum exemplo, transmittere. Ita desiderant aliud nihil, quam omnium litium semina, si fieri posset, ab ima radice, quam citissime resecat et dirimendis illis finibus, primo quoque tempore diem rursus dici. Quod ut S. R. M. V. faciat, et pristinis commissariis clementer de novo injugat, ut idoneo tempore cum deputatis S. C. ad actiones intermissas conveniant, et commissioni satisfaciant C. s., per quam officiose et amanter petunt.

Et quanquam, ut est inter finitimos vetus, atque antiqua simultas immortale odium et nunquam sanabile vulnus, confines absque litibus raro sunt, quas aliquousque donec de his rite cognoscatur utrinque saepe ferre necesse est. Acciderunt tum interim graviores quaedam S. C. subditio, de quibus ad S. R. M. V., si locus et tempus id nunc ferret ad praecavendum majora mala dissimulare haud possent, sed cum S. R. M. V. occupatior nunc sit, quam ut his privatorum querellis animum, vel aurem adjungere posse videatur, nec etiam partibus absentibus, ac deficientibus probationibus quidquam

cte hac in re definiri queat, sed omnia pro more ad commissarios necessario reicienda sint S. C. consulto hic subsistendum esse existant. Denique tamen vel altero omnino, et quidem brevibus nunc R. M. V. commonefacere C. s. operae precium ducunt. Profuerunt a viro nobili S. C. cliente, Georgio Klejst, rustici aliquot Jaronium et Piczenium S. R. M. V. Regni pagos, asportatis secum instrumentis domesticis et animalibus ad agriculturam necessariis, si multoties ne quicquam repetiti, contra pacta ibi adhuc retinentur.

Non multo ante alius quidam Redericzum, (s!) ablata itidem re domestica, armentis et pecoribus, priorum exemplo se proripuit a rusticis tuis pagi, seu creditur persuasus, quem a vestigio subsecutus, Klejtus ibidem repaerit. Adversus hunc, cum a sculteto (ut vocant) tuis pagi jus, justitiamque et eum ex pactis cum ablati sibi restitui peteret, is, evocata et ad arma invitata turba rustica forte, tunc pocula colecta, additis verborum contumeliis gravissimis, ita eum excepit, ut altera manu mutilatus, ad vincula raptus, iis ad expediendam salutem cadum cerevisiae mox persolvere, et pro injuriis (ut si conclamarunt ducentorum florenorum) cautionem nolens volens satis praestare coactus fuerit. Et tamen de hac tam atroci injuria praefectura coronensi hucusque, ut acerbe ita frustra, se conquestum esse asserit. Conqueruntur praeterea nobiles omnes ex familia de Walde, Glasenapp, Monchaw et Czastraw, agnatum et conangvineum ipsorum, Georgium a Walde, cum in stagno Turiz in Pomeranico districtu situm, quod ipsi se cum majoribus, a ducentis et pluribus annis, sine cujusque impedimento possedisse affirmant, paucis quibusdam adhibitis piscaretur, a procapitano generosi D. Stanislaus Sandiuogii a Czarnkow in Drahejm, cujus ministri superiori anno quoque piscatorem ipsorum in dicto stagno, globo bombardico rajectum, misere premerunt, praeter spem omnem cum armata hominum manu, haud exiguum invasum, oppressum, et ademptis ei piscibus, retibus et aliis, ceu captivum abductum, et tandem metum carceris et majoris periculi, obligationem fidejussoriam ab eo extortam esse, quam ille jure ac proprietate hujus stagni perpetuo se abdicare, et quoties vocaretur, se Sandiuogio sese sistere velle stipulari, coactus fuit. Quod et ipsum, scripto locupletius expressum, et C. s. oblatum, ex mandato S. R. M. V. nunc subjectissime exhibemus.

Haec et similia, quae contra pacta haereditaria insolenter admo-

dum attentari videntur, qua sint enormia, quamque facile ansam in
joribus turbis praebere possent, S. R. M. V. pro sua prudentia haec
difficulus prospicit. Quamobrem, petunt C. s. magnopere finitimi
capitaneis et officialibus severe demandari, ut suos in officio conti-
neant ab injusta vi in posterum cohibeant, transfugas rusticos juxta
praedicta pacta D. suis, eos requirentibus, cum ablatis bonis ex po-
liminio sine mora et recusatione ulla restituant, utque tandem ad
madversione S. R. M.-V. non facile audita ferocia rusticorum redi-
zensium ita compescatur, quo poena unius metum multorum conti-
neat, ut dicto Georgio Klejsth de acceptis injuriis ut par est, satisfiat.
Imprimis autem, ut S. R. M. V. de plenitudine potestatis Georgium
a Walde et fidejussores ipsius a vexu illius per vim extortae obli-
gationis clementer solvat, in integrum restituat, et D. Sandjuogio se-
injungat, ne dictum Georgium, et suos in jure quaesito, istius stagi-
facto, vel propriaa autoritate posthac turbare, aut impedire praesuma-

Habuerunt sane C. s. non immerito hactenus S. R. M. V., et
temporis rationem, et ita quidem, ut tranquillitatis publicae causa
asperiora quaedam sustinere, et de his ad S. R. M. V. suo loco et
tempore refferre, quam permissa vindicta suis majores motus conti-
nere maluerint. Quod et nunc C. s., quo ipsamet S. R. M. V. suam
autoritatem et officium interponere possit, sibi faciendum duxerit.
Quod si tamen illi pacis publicae turbatores, et pactorum praeter-
spem injuriis inferendis, nec finem nec modum fecerint ullum, et sub-
diti S. C. pro defensione sui suorumque, quod omni generi animarum
tium a natura tributum est (ipsis autem hactenus non licuisse osten-
dimus) ceu aviculae pro vidulis, quid contra moliti fuerint, ne id vult
C. s., vel subditis ipsis apud S. R. M. V. derimento sit, etiam atque
etiam nunc officiose rogitant.

Haec sunt ferme, serenissime ac potentissime Rex, quae ex
mandato S. C. hoc tempore ad S. R. M. V. nobis dicenda fere, et
ut fides mandati nostri constet, exhibemus qua decet subjectione, et
manu traditas S. C. litteras, causam illustrissimorum principum no-
strorum, nosque ipsos S. R. M. V. officiose ac subjectissime com-
mendantes.

Sacrae Regiae Majestati Vestrae

Illustrissimorum Pomeraniae ducum fratrum

Subjecti, ac perpetuo addictissimi intermunci

Otha a Ramny, et Victor Stetinus etc.

testatio contra grodnensem responsum serenissimi, ac potentissimi Domini D. Stephani, Regis Poloniae, magnique ducis Lithvaniae, nomine Domini Joannis Friderici, et D. Ernesti Ludovici, fratrum ducum Pomeraniae, a legatis Cel. suarum

Anno 1580 mense Aprili interposita et oblata.

Serenissime ac potentissime Dux, D. clementissime! Si Regum, que principum, internunciis id omnino incumbit, ut quae ab D. suis mandata acceperint. Iis ad quos (litteris fidei, aliisque necessariis rem pertinentibus instructi) missi sunt plene non tantum perferant, sed etiam pro fide sua fideliter urgeant, si quae in praejudicium omnium suorum in medium adducuntur silentio neque praetereant, neque D. suis praejudicari sinant, supervacaneum erit apud serenissimam R. M. V. nos hoc nomine purgare, quod cogamur, re ipsa postulante, ad propugnandam veritatem (cujus simplex est oratio), quam tempus in lucem tandem tamen profert, rem duram, atque gravem, durioribus et ad rem necessariis verbis tractare, experimur: ipsa sicut in omnibus etiam optime constitutis aulis, inde usque mundi exordio contingit esse, et his qui egregia S. R. M. V. mansuetudine, et ingenita bonitate abundantur, qui dum ea quae ad rem ipsam pertinent S. R. M. V. studio in defesso occultant, neve ex indumentis cognoscere sinunt, id unum agant, ut ad opprimendam libertatem S. R. M. V. in transversum rapiant. Obsecramus autem humillime et submississime S. R. M. V. non aliter, quam quod ratio iuneris vestri et mandatorum ab illustrissimis principibus acceptorum, imo negotium ipsum hoc flagitat, atque omnino exigat, haec a nobis exacta accipere velit.

I. Dicuntur in responso grodnensi ordinum Regni magna constantia et quidem tribus comitiis negare hoc debitum publicum esse.

II. Reffellitur mansuetudine Regni in publicas sanctiones nihil de hac re sancitum esse.

III. Quod cum more vetusto a thesauriis, publica autoritate constitutis, pecuniae accipiantur, et in rationes referantur, hujus rei nullum vestigium hic appareat.

IV. Quod fidejussores privati sint maximae ex parte, et R. P. hypothecis cavere, soleat.

V. Illustrissimos principes fidem sponsum (s.) in tantum scietas esse, (s) ut et principales esse eos noluerint, neque legationibus, a instructionibus debitum publicum posse satis probari.

VI. Possideri Regni non successionis jure a S. R. M. quaecunque D. Sigismundus habuerit. Ad primum attinet. Negamus amplissimos Regni ordines jure negare posse (si modo negat debitum hoc publicum esse norunt, enim in conventu publico lubnensi attributos esse Camerae pruthenicae redditus capitaneatus marienburgensis, redditus omnes terrarum Prussiae (salva R. P. quaradimidiae partis Portorii Portus, centena preterea florenorum miquae gedanenses S. R. M. V. ex pacificationis formula debebant redditus praefectarum pelangensis, cretingensis, et gordensis, salinarum Bydgosciae, mercium sylvestrium et caducorum, data summa ficultas, et a S. R. M. V. Sigis. Augusto et senatoribus camerae poruthenicae commissariis, ut pecuniam ad usus R. P. undiquaque conquirent, ut contractum jam pridem et adhuc contrahendum aes alinum inde dissolverent, datum esse hac de re illis diploma Regni cui expresse subscripta sunt omnia ordinum omnium nomina, non tantum creditoribus, a quibus mutuum hoc accipiendum erat, sed toti terrarum, ubi testatum facerent, non privatos se esse, sed publica autoritate fungi, et S. R. M. atque una R. P. omnes ipsorum actiones habituram ratam.

Et cum exhausto (circumstantibus bellis) aerario Regis, et I. P. S. R. M. per-summae autoritatis viros magnificos et generosos D. Achatium de Czema, D. Joannem Krotosinski junivladislaviense palatinum, et D. Stanislaum Sandjuogium Czarnkovium, referendarium curiae, ingentem summam pecuniae mutuo petiisse a ducibus Pomeraniae, et illi ad propulsandum, quae ex vicina Moscovia imminabat tempestatem, centena talerorum millia (si conscio, et auctoritate senatum regni fieret) mutuo daturos in publico omnium ordinum consensu Warssoviae primum, deinde Lublini recepissent, rejecti et remissi sunt oratores Pomeraniae ducum a S. R. M. V. et senatum regio (s) ad praefatos commissarios autoritate publica, ut coram illis quae ad cautionem pertinerent, expedirentur, et pecunia per ipsos acciperetur, uti et accepta ei (s.) et quidam ab iis commissariis, quibus D. Sigismundus Aug., in dyplomate (de quo paulo ante dictum est) pollicetur verbo regio (quae phrasis jurejurando aequivalet) S. R. M.

commissarios indemnes praestituram. Dat etiam ducibus Pomeraniae obligationem Regni sigillo firmatam, in qua remisso jurejurando commissariis Pomeraniae ducibus (quantum ad hoc debitum attinebat) restrictos esse jussis hypothecae nomine omnia, quae camerae commissi attributa erant, addicit, videant et hinc cognoscant senatores Regni, aut potius illi, de quibus initio conquesti sumus, horum consiliorum architecti veris simile, ne cuiquam esse possit debitum hoc publicum, et publica autoritate contractum non esse.

II. Porro, si salva conscientia ab ordinibus dici posset, ipsis consilii debitum hoc contractum (eoposito at non concessio) meminit . R. M. V. pro more hujus Regni Ordinis: refferri, vel hanc ob causam, quod non opus sit omnes omnia arcana scire, vel nec opus sit in comitiis diutius quam statuta Regni ferunt, ordine destinere, vel de exonerandum et sublevandum R. M. molestiis et laboribus, atque deo salubri consilio constitutum esse majoris consilii ordinem, per quem varias ob causas plurima atque illa gravissima Regni negotia expediantur. Ex horum numero scilicet Achacium de Czema, et Joannem Krotosinium junivladislaviensem, et Stanislaum Sandjuogium, alatinios, hujus tractandi negotii causa publice legatos, ac (s.) principes Pomeraniae missos, responsis publicis proxime Grodnae S. R. M. V. blatis, probatum est; ex his ad huc vivit, atque superest Sandjuogius, quem sancti affirmare pro comperto habemus omnia et singula in tractatione hujus mutui ex autoritate S. R. Ordinis et consilii majoris acta esse, et quis dubitaret, rem a S. R. M. cum ordinibus debeatam, quae publice in comitiis omnibus audientibus proposita esset.

III. Inficias ire non possunt ordine et S. R. M. inquirendo, quia nos protulisse deprehendet, et duces Pomeraniae publicis ordinibus litteris, et responsis docere possunt. Interregnum tempore, dum duces solutionem per legatos suos postularent, ut exactionem debiti hujus, quoad certum Regni caput, et Rex eligeretur differrent studiose et amanter ordines Regni a ducibus contendisse.

IV. Novit magnificus, et generosus D. Joannes Zamojscius, magnus Regni Poloniae cancellarius, noverunt alli, quam plurimi, noverunt omnes ordines Regni ab Henrico Rege constitutos commissarios, qui cum ducibus Pomeraniae alisque creditoribus de comoda aeris alicui dissolutione agerent, sed ne negotium absolveretur in causa fuit R. M. ejus ex Regno dissesus. Accidit et aliud, quod

docetur, licet ordine consensus, non intercessisset, nihilominus publico habendum, nam commissarii, et sponsores litteris suis duces datis aperte affirmant S. R. M. a Regni ordinibus sollemni jurejurando addactam inter caetera recipere D. Sigis: Augusti actiones ratas habiturum, debita exoluturum. Ipsi igitur ordine debitum hoc (quod non exiguam (s.) D. Sigis: Aug. actionum pars esse publicum esse, atque a S. R. M. V. exolui voluerunt.

V. Et si concedatur D. Sigis: Aug: insciis ordinibus Regni hoc et alia credita contraxisse, verum tamen est, nullam exteri sanctionem vel constitutionem Regni, qua prohibeatur Rex Polonia mutuam pecuniam sumere, nullum statutum produci potest, quod probetur ordine Regni ad solutionem debitorum Regis, sin non tamen fieri nulli in orbeterrarum Regi, id nunquam non licuerit, nec adhuc liceat. Et licet simile quidam constitutum est frigida plane ratio esset, restringendi Regiam obligationem, vim faciendi, auctoritatemque detrahendi sigillo Regni, ejusmodi illatione uti. Rex quidem mutuam pecuniam accepit, sed non liberamus datam obligationem quod non constat, an in utilitates Regni, aut thesaurum Regium imposita sit, quicquid regia obligatio et confessio in contrarium dicatur. Quid vero ad creditorem attinet, quo acceptam pecuniam debitor conferat bene, ne an male collocet, cum nihil aliud ei praestandum sit, quam ut promissam pecuniam numeret, obligationemque accipiat in publicas tamen utilitates collatam hanc pecuniam, unde inde constat, quod clenodia et vasa argentea, jam ante pro debito Regio (quod R. P. persolvendum erat) oppignorata, hac Pomerania ducum pecunia redempta sunt.

VI. Et cum videamus id unum agi sunt persuaderi illustrissimi principes, D. nostri clementissimi se sinant ab iis, qui S. R. M. V. auctores sunt, non esse voluntatem ordinis: ut fides et sigillum regni liberetur, evidentissima necessitate urgente, pertrahunt quidam, quae reficere duxeramus, supremis saltem labris attingere ut illi certo sciant, duces Pomeraniae, eorum que acta sunt, quaeque de persolvenda hac pecunia ordinis: voluntas sit, minime ignaros esse.

Sciunt et Regni senatores cum D. Sigis: Augus: et gravissimas causas, et Regni utilitates evidendo ex ordinum consilio cum D. Maximiliano, Rom. Imperatore, Wratislaviae anno 1569 congressu

s esset, neque per praesentis pecuniaē tenuitatem iter illud suscipere posset, admonitos esse a S. R. M., et amanter rogatos duces Pomeraniae, ut ex illa centenorum millium summa, cujus mundandae spes R. M. facta erat, dimidiam partem ad sumptus itineris R. M. mitterent, ut vel hinc constet, consciis ne vel ignorantibus senatoribus hoc debitum contractum sit.

VII. Si publicum debitum, aut publico consilio contractum non est, quid attinebat D. Sigis. Augus., in data obligatione sua tueri publico omnium consilio factum, uti verba sequentia ex obligatione tracta habent. Quare, procedente maturo consilio ex sententia et munimuni senatorum et ordinum Regni nostri a charissimis consanguineis nostris, principibus Pomeraniae, tam consilium, quam auxilium argentarium clementer postulare curavimus, ut necesse sit, aut D. Sigis. Augus. ea quae vero absona sunt, (quod absit) in obligationem contulisse, at illos, qui horum consiliorum autores sunt, graviter errare manifestissimam injuriam defuncto Regi facere, d. D. Sigis. Augustum, et obligationem regiam aperte tuetur necessitas publica, ordinibus plusquam notissima tuetur, exhaustum rarium, tuentur circumstantia bella, tuentur distrahenda jamjam in nodia oppignorata, et ante omnia ingens cura, ne confederatione renissimi Danorum Regis, et Moschorum magni ducis, exturbato gno Suecie rege, Moschus iam ante Polonis formidabilis, Smoleno et Poloscovio capto, regno huic gravior hostis accideret, tuetur aeterea obligationem regiam, et publicum esse docent ducum Pomeraniae legationes, per quas in omnibus ordinum publicis congressibus, jam inde a morte regis publicam solutionem publici mutui publice userunt; qui ordines et hoc dubitum per tot annos publicum esse responsis et confessione sua agnoverunt, ut nimirum sit, quod post complectam perscriptionem turonensem conventum deum negasse dicantur, ordines id publica autoritate contractum, quos quam ante scriptis, et nomine publico confessi sunt. Quid item ordines in hac parte tueri possit, sicut nihil omnino videmus, sed aliis dijudicandum relinquimus, an ordinibus (si modo illi in culpa sunt) apud externos honorificum futurum sit, propriam eamque publicam confessionem revocare, et simplici negatione in causa propria (ubi lucris spes est) sigillum Regni et Regis sui obligationem violare velle.

VIII. Scit, ac una cum ordinibus meminit S. R. M. V. (quisque) optimo in conventu torunensi (quo legatos suos miser duces Pomeraniae a S. R. M. V. et senatu regio) deputatos esse magnificos et generosos D. Ostaphium, vicecancellarium, D. Star slaum Sandjuogium referendarium, D. Joannem Kostka, Sandor riae palatinum, magni ducatus Lithuaniae thesaurarium, et D. Laurentium Woinam, thesaurarium modernum, ut de hoc et aliis detis inquirerent, retulerunt ii quomodocunque publicum esse debitum verum quid ipsis acciderit, quorum protextu graviorum negotiorum integram relationem differre jussi sint, multis et odiosis hic repetere supersedemus.

IX. Et ne ii, de quibus supradictum est, consulatores omnem culpam in ordinibus Regni reiiciant, non clam esse et vocem in terminis clamare sciant, quae nam de persolvendo hoc ducum Pomeraniae debito, et liberando Regni sigillo in proximis Warschoviensibus comitiis ordinis: sententia fuerit meminerant, enim ordines jam pridem in lublinensi conventu Deputatos ab ipsis esse, qui a thesaurariis et notariis juratis, redendis rationibus interessent didicissent ex relatione illorum recordabantur, quae ratio debiti hujus esset, propterea grave ducebant, contra propriae conscientiae testimonium, illa Warschoviae negare, qua certissima esse Lublini didicerant. Notum est esse S. R. M. V. pedibus in sententiam ordinis descendendum paucis mutatis ordinibus, voto subscripsisse summa illorum eam fuisse liberandam, esse fidem publicam et Regni sigillum qua de re parcius adhuc loqui volunt illustrissimi principes, si forte illi, qui S. R. M. V. oculos avertant adduci possint, ut animum ad aequitatem revocent. Probatum igitur est rationibus irrefragabilibus publicum esse hoc debitum, et illustrissimos duces Pomeraniae vigore regiae obligationis, id a R. P. et S. R. M. repetere posse, quae admodum petunt et petent.

Descendimus ad secundi et tertii capitis refutationem, videlicet in publicas Regni sanctiones, nihil hac de re relatam esse. Ita quod per vetusto more a thesaurariis rationes pecuniae accipientibus et in rationes referantur, id vero hic factum non esse.

Mirari equidem satis non possunt illustrissimi principes, qui in mentem venerit iis, qui S. R. M. horum consiliorum auctoritas

nt, cum contrarium illorum quae proferuntur sciant et proximis cotiis warschoviensibus (nuper admodum) a quibusdam ejus rei adoniti sint.

I. Norunt enim anno 1571 publice liquidandis rationibus deputos esse Reverendissimum quondam D. Franciscum Crasinski, minatum et electum episcopum cracoviensem, Regni Poloniae pryncellarium. Ex iis vero qui thesauri rationes administrant, Re- n. D. Simonem Lugowski, praepositum miechoviensem, genero- im D. Jacobum Zaleski, thesauri Regni notarium majorem, magni- um et generosum D. Stanislaum Sandjuogium Czarnkovium, re- rendarium, capitaneum plocensem, ac drasimensem, Reveren. D. Sta- slaum Fogelveder S. R. M. camerae secretarium, ex magno duca- . Lithvaniae D. Stanislaum Wojnam, jam thesaurarii munus fide- er administrandum magni ducatus Lithvaniae, coram iis non tum quidatae sed ab iisdem subscriptae sunt rationes, viva, salva et columi R. M-te D. Sigis. Augusto, qui et eadem ratas, firmas i sufficienter liquidatas subscripsit, scimus paratos esse illos, quot- uot illorum vivunt, quocunque tempore et loco testimonium suum ac de re perhibere.

Notum etiam est D. Fencelinum, rationarium, proxime War- shoviam venisse, ut (quae debitis Regni tanquam publica persona i cujus manibus sunt libri acceptorum et expensorum comperta aberet) coram S. R. M. V. praesens explicaret, scimus cum artifi- io illorum, qui ducibus Pomeraniae in hac parte obstant, factum esse, ne a S. R. M. V. audiretur. Immo constat illos, in quorum manibus liquidatae rationes servantur, nihil aliud petere, quam ut gram S. R. M. et omnibus Regni ordinibus producere illas liceat.

II. Et licet haec adeo certa non essent, non magnopere opus est rationes thesaurariorum inquire(s!), quod ubi rerum testimonia dsunt, verborum minime requirantur. Res enim loquitur ipsa im- ensi praecii tot retro regum opibus congesta clenodia, tot loculos ureis argenteisque vasis convasatos, cum jamjam distrahenda erunt t hac illustrissimorum ducum, atque aliorum pomeranorum pecu- ia redempta, quorum bonam partem nos, qui nomine ill. principum sternuncii jam sumus apud illos, quibus oppignorata erant, aliquum didimus in S. R. M. V. potestatem pervenisse.

III. Quod si haec non forent, essent et aliae causae cum a notitione thesaurariorum, omnino nulla opus fuerit cum commissarii ad administranda ea, quae ob locorum distantiam ab aliis thesaurariis administrari non poterant, iis subrogati specialiter publico thesaurariorum munere fungerentur, et magnificus et generosus D. Joannes Kostka, publico ordin. indem thesaurarii nomine ornatus, et ut in omnibus aliis, sic praecipue in hoc negotio thesaurarii nomen praescriperit, cui haec notissima sunt.

III. Quemadmodum etiam insolens esset admodum S. R. M. tam angustis thesaurarium rationum cancellis in vita circumscriptis sic sane iniquissimum foret et criminis M-tis lesae obnoxii esset sive thesaurarii, sive quicumque, qui tantum sibi auctoritatis sumere auderent, ut rationes expensi contra Regni pervetustum morem aequissimo suo Rege vivente sibi reddi postularent, et cum scripto et sigillo Regni insuper etiam renunciatione omnium exceptionum diffugiorum, qualia sint, pecuniam tulisset acceptam, quae adeo praecise in ipsorum rationes relata non esset (uti relatam liquidatum supra demonstratum est) ab defuncto (cui postquam inter vivos esse desiit) respondendi facultas erepta est rationes sibi reddi velle, ut vel hinc ipsi intelligant thesaurarii alique omnes, quae haec movent, nullius momenti esse disputationem de rationum auctoritate contra sigillum Regni et regiam manum ejusque obligationem institutam. Magis pius erat, quum diu viventem Regem suum et merito quidem venerati sunt sic etiam defunctum ejusque memoriam quasi re ipsa ad coelum translatis sanctum habere et ab omnibus his, quibus quomodocumque suggillari nomen ejus posse censeretur, ingenti cura abstinere, cujus sanctissimi manes his tergiversationibus non levi injuria afficiuntur cum enim subscriptione sua Regni sigillo luculentissimum testimonium obligationi dederit, ne profecto est optimum regem post debitum nam simul persolutum quasi qui sigillo regni clam abusus sit, si non manifesti criminis saltem ejusmodi actionum, quae contra utilitatem publicam ab egesta essent, in simulari, neque fere ejusmodi non fieri, cujusque magis interfuerit, quam S. R. M. V. qui actiones suas etiam post mortem ratas esse, neque quicquam eorum, quae minus invicta dextra adnotationibus subscriptionibusque vera esse testatus fuerit excessu suo quocumque modo, quocunquae etiam plausibili in spe

etextu infringi optaverit, praecipue si quid regio verbo (quod non merito sicut res gestae et nomen regium immortale ratum firmum esse decet) promissum sit. Optaverimus illos, qui in consiliis hisperae multum sumunt cogitare, quae omnium per Europam rem, et principum hac de re futura sint judicia, tum etiam maximum esse petatum, scire nolle, quod omnes sciunt et cujus conscius se testimonio propriae conscientiae convincatur: Et hujus capitulum firmissima laesi finis imponatur, rogamus illos, ut S. R. M. et hoc simul commemorare et suggerere velint: Duces Pomeraniae (quod usuras hujus pecuniae anno 1570 et 1571 ex publico is persolutae sint) in possessione praeciendarum usurarum esse, cum suum jactare praesumatur, istos qui ducibus usuras numerunt, eas certe rationibus suis intulisse, et rationes hac de re aut didisse, aut reddere posse.

equirit ordo, ut quarta responsi objectio refellatur privatorum lejussione cum R. P. hypothecis cavere solita sit, doceri non publicum debitum hoc fuisse.

Et licet ea ex iis, quae supra dicta sunt per se corruunt, tamen se rem habere ostendimus. Atque primo constat, et exemplar regiae obligationis testatur obligationi regiae tanquam testes interesse: Reverendissimos gnesnensem, cracoviensem, wladislawiensem, poznaniensem, plocensem, culmensem episcopos, D. thesauros Regni scilicet et Prussiae cum decem palatinis, sex castellanis, uobus marschalcis Regni scilicet et curia, duobus referendariis, cancellario magno et vicecancellario, et aliis praepositis cantoribus, secretariis et aulicis, quos neno (s.) privatos sed potius columna et raesidium Regni nuncupaverit. Hos tantos viros perfidiae accusare portet quisquis haec non publicae aut thesaurariis consciis acta esse firmare ausit. Si itidem obligatio commissariorum et fidejussorum inspicatur, absque ulla controversia probabitur, neque sponsores qui et commissarii una erant et fidejussores) privatos fuisse, nam commissarios camerae pruthenicae regium diploma tuetur, reliqui fidejussores cunx in universum viginti sunt, constat octodecim illum in ingratum esse publicis dignitatibus et officiis fungi; illum nomina sane haec sunt: Stanislaus episcopus culmensis, Sta-

nislaus Lathalscius capitaneus schłochoviensis, Georgius Oleski castellanus culmensis, Matias Salenski, castelanus, camerarius regni et capitaneus janicensis et suzmoriensis, Casparus Gischow, et Leonardus Rombau, abbates oliviensis et pelpelinensis, Adamus Valenski, castellanus Elbingensis, et Melchior Mortangius, succamerarii marienburgenses, sochaczovienses et pomerellius Christophorus Kostka, capitaneus galbanensis, Michael Wolkow, vexillifer pomerellus, Andreas Locantique (s.) iudex marienburgensis, Felix Conarsinius, czaudenburgensis capitaneus, Joannes Kostka, castellanus gedanensis capitaneus marienburgensis, et thesaurarius, Christopherus Conarski capitaneus georgenburgensis, Georgius a Bazan (Baysen?) capitaneus Schonechius, Georgius capitanei, (s.) capitaneus suetensis, soli Michael Sulzko, Mezelanus et Paulus Schedlius privati sunt, cum reliqui omnes publicae et summae in hoc regno auctoritatis viri sint. Porro Ernestus Vejerus, et Marcus Jaczkovius ducum Pomeraniae jurisdictioni parent, ut hinc artifices illi suum errorem discant, sciantque publice haec omnia, et per publicas personas acticata esse. Negatur in hac parte responsi fuisse mentem S. R. M. V. restituendi cameram commissi, sed inspiciendum, quos dissolvendi hujus debitorum rationes a D. Sigismondo acceperunt. Vilnam evocatos sponsors quod sane omnibus mirum merito videtur, ita jam ante Varssovia notissimum erat attributa camerae capitaneum marienburgensem dinastias palangensem, cretingensem solvinas, merces sylvestres et caduca rationes illas fuisse, nec ullas alias a D. Sigis. Aug. commissariis nunquam datas, quid igitur attinet de rationibus cognoscendis, aut restitutione turbatarum rationum verba facere cum tantum id jam pridem perspectum sit sin vero omnino privati sui commissarii Pruthenicae camere (qui, ut dictum est, una fidejussores sunt) aut si quid vicii in iis vel est, vel si ipsos hujus mutationem numerationem accipere, et ad S. R. M. defunctae manus perferant aut rationes de iis reddere non oportuit, hujus rei culpa penes illustrissimos Pomeraniae duces minime residet S. R. M. et regni principes sibi imputent, et hoc punctum (quod tamen nullum esse inquiet, cum in omnibus conventibus adsint, nec quicquam magis expectant, quam rationes liquidatis recognosci et recipi) inceptum qui hanc eis potestatem dederunt, quique per caeteris hoc potissimum tanquam spectatae fidei homines in tanto ordinum numerum dignum judicarunt, quibus res tanti momenti committerent quibus

um honorificum testimonium publico diplomate (quod omnium ornum distincta nomina instripta habet) conferrent, ut per eos dominium baltrici maris contra vicinos reges asserendum esse, et in dimendis regis Regnique obligatis pignoribus precipuam operam avaret, exhaustique aerarii difficultatibus mederi posse arbitrarentur. Et sane serius aliquanto quam oportuit (post elapsam jam demum annum ab inito contractu) haec monentur et obiciuntur priatos scilicet esse sponsores tantum praemeditanda erat, haec fuit si quae erat cum tot legationibus a ducibus hoc mutuum peteretur cum ex omni curiae parte immo omnes ore D. Sigism. ad inquirendum undicumque quibuscunque honestis conditionibus fagarunt, uti producta Grodnae Joannis Krotosinii, junivladislavien- s palatini instructio ducibus pomeranis data habet, placebat tunc, eque privati erant hi, qui jam tantopere displicent, commissarii et dejussores maxima illis habebatur gratia, qui R. P. causa haec in esse onus lubenter reciperent, gratissimus erat adventus pomerano- rum amplissima erat, et latissima tum Regia autoritas, nemo non iam maximus, quam inter ordines minimus negabat publico con- silio haec fieri. Tum si privati sunt, vel erant commissarii, quis crediderit homines numero septem privata autoritate ausos fuisse in conspectu totius Regni possessionis tanti momenti redditus, scilicet marienburgiensis dinastiam palangensem, gordensem, cretingen- sium mercium silvestrium et salinarium annuos census propria au- toritate occupare? Si denique privatum debitum fuit, quid opus erat contractorum a privatis debitorum causa publicis et tantae authori- tatis palatinis et thesauriis liquidomnem (s.) mandare, et regia subscrip- tione modo non appenso sigillo confirmatos, efficaces ratosque abere.

IV. Et quae tandem probatio, aut qualis argumentatio est priati sint, ergo pro domino suo minus idonei fidejussores praeter- uam enim quod tamen domino inter eos privati sunt etiam viros honestos esse nemo negaverit maximaque ex parte regis ordinum- ue iudicio ad publicas functiones et dignitates erectos, qui et hodie cum suum honeste tuentur, nec novum, aut inauditum est priatos pro D. suis sponsonem interponere, immo gratiae ob id illis addendae erant, non in contumeliam exprobrandum. Tum etiam nemo quisque recte, aut juste dixerit subditorum, aut privatorum dejussione regem a praestanda solutione liberari, et quis debitor

coget, aut pro jure coget creditorem summum beneficium electionis in praesentissimum praejudicium suum abiicere. Num autem (quem admodum in responso hoc loco attexitur) R. P. hypotecis ducibus Pomeraniae non caverit, docebit S. R. M. V. diploma regium publica autoritate in comitiis lublinensibus commissariis Pruthenicae camerae datum, docebit obligatio D. Sigis. Augus. sub Regni sigillo tot episcopis, palatinis et castellanis praesentibus data, et super diploma, de quo prius dictum est fundata, quam publico consensu et pro regia autoritate datam esse ad nauseam (s.) hactenus probatum est. Cujus verba haec sunt: In cujus rei memoriam securitatem et certam cautionem nos Majestatibus earum omnia et singula bona cum suis redditibus proventibusque et quicquid praesertim vigore nostrae regiae commissionis ad cameram nostram praefatam in quibuscumque D. nostris spectat loco hypothecae inscribimus, nostrosque praesidem et commissarios in hoc casu a praestito nobis juramento liberos dimittimus, et ad supra memoratos illustres duces rigore ejusmodi hypotecationis remittimus, regia potestate nostra et communi Regni consilio. Ex quo et illud sequitur Cum quaelibet res obligata perpetuo cum onere suo transeat, negari a nemine posse, omnia attributa camerae commissi ad S. R. M. V. Regni jure possidere quae D. Sigis. habuit certum tamen esse sic quemadmodum tunc erant onerata, et non aliter transiisse cur ab anno 1569 attributa camerae pignus ducum Pomeraniae esse nec nisi aere alieno (pro quo hypothecae erant) plene persoluto liberari potuisse, aut Regni nomine tanquam liberas in S. R. M. V. conferri, nam sicut jus Regni integrum atque illibatum esse docet sic quoque obligationes ante adeptum jus Regni merito salvae esse debent.

Quod quinto illustrissimi principes fidem sponsorum in tantum secuti dicantur, ut et principales eos esse voluerint, neque legationes, neque instructiones satis adprobandum essent. Id vero constantissime negare, atque evidentissimis rationibus refellere fides nostra nos cogit.

Equidem ordine nostrae comparatum ita est, et sermonis humani ratio exigit, ut et re et nomine differant, principalis debitor

fidejussor ille enim principio hic accessorie et quasi accidentaliter obligatur, et distinctae obligationes diversis linguis conscriptae duabus Pomeraniae date contrarium probant, quod nimirum in regia obligatione (quae latino idiomate concepta est) statim post principium D. Sigis. Augus. adfirmet se ex sententia communi senatorum ordinum Regni consilio hanc pecuniam mutuo accepisse, proinde se ipsum suos haeredes serenissimos successores reges Poloniae principales constituit renunciando omnibus exceptionibus (uti ex contextu obligationis videre licet) ab hac regia obligatione distincta peculiaris non principali, aut regio sed accessorio et fidejussorio nomine neque latino sed germanico sermone, cui in qua non principales esse sed fidejussores inscribunt, data est a sponsoribus obligatio; verba id clare testantia sunt haec:

Thun khundt und bekennen, dass wir in Namen Herrn Sigismundi Augusti von Gottes Gnaden Könige zu Polen von denn Herzogen zu Pomeran vermuge eines sonderlich en hieruber igt (s.) von vorgemelten Kön. Mtät. gegeben Verschreibunge hundert tausent Thaler zur genüge empfangen haben. Et post medium. Welche neuen unsern für long. (s!) Mag u. aldas war beden in der henbet (s) verschreibungen in dissem unserem offen Breve enthalten. Notatas. in Namen Herrn Sigismund Notetur etiam. Hebet vorschreibunge.

II. Haec ad eundem modum et non aliter S. R. M. V. inde sive ab initio intellexit jam in omnibus responsis diserte principalem a fidejussoribus distinguit semper eos conveniente suo nomine sponsores nunquam autem principales nominando, id ut exemplo probetur certum est in varschoviensi responso proxime ad 21 Februarii dato, haec haberi verba, cumque perspexerit S. R. M. fidejussores illi contractui accessisse nominantur in Grodnensi aliquoties fidejussores. Igitur necesse est alium esse principalem.

III. Extant protestationes nostrae Warschoviae primum institutae Grodnensium postea repetitae, in quibus principium nostrorum nomine publice demonstravimus duces Pomeraniae S. R. M. V. tanquam principalem deserere, aut fidejussores sectari nolle, id sane est distinguere principalem a fidejussore.

IV. Accedit ad probationem evidentiorum, quod novatio nulla facta sit, per quam fidejussores in principales transmutarentur, quam ex juris praescripto ad inducendum ejusmodi metamorphosin fieri omnino necesse est, utraque enim obligatio integra in

illustrissimorum principum potestate est cum tamem ad constituendum principales ex fidejussoribus reddenda fuerit regia, vel principalis obligatio et conscribenda nova.

V. Quod vero in hac responsi parte attextitur non legationibus atque instructionibus satis ostendisse publica de ea autoritate pecunia contractum esse licet, per ea quae superius dicta sunt, satis responsum sit huic Gripho. Exhorrescimus tamen, et nihil plus addere hoc loco possumus, quam nos legendo condolentiis, qui S. R. M. in ejusmodi sententiam pertrahunt, cogitent, obsecro, quidnam usque in orbe terrarum certi futurum sit, quid aut cui credendum si legatis publice litteras fidei et instructiones ferentibus, si non iis qui non privati sed consilii majoris pars sint, si responsis regiis, si regni sigillo fides detrahitur? Quorum ista illorum consilia omnem omnium hominum autoritatem et fidem convellentium, licet R. P. ipsa de putatis majoris consilii viris rem commiserit, licet thesaurii subscriptione sua testantur rationibus redditis se interfuisse, licet regia subscriptione rationes firmatae sint. Notarii jurati offerant rationum libros, et si quid dubii sit, quicumque loco et tempore jam ante redditas rationes iterum repetere velint, et si ad comitia venerint ex non audire, nihil tamen reale contra tot et omni exceptione majores probationes quam continuatam et subinde repetitam negotiationem in medium producere. Profecto ut dictis fides adhibeatur necesse erit in posterum ipsimet reges et principes in persona congreffi, si tamen praesens alter cum altero quid agat minime locus et antiquo et celebratissimo in bonae fidei contractibus dicto inter bonos bene agere, restabit adhuc exceptio et refugium. Absque consensu subditorum et R. P. quae acta sunt fieri non potuisse licet nulla sanctio publica, statutum nullum, quod id prohibeat, extet.

VI. Restat sexta objectio jure Regni non autem successionis ea S. R. M. V. possideri quaecunque D. Sigis. habuerit, licet principio concedatur postulatum hoc iis qui S. R. M. V. in hanc sententiam pertrahunt, Regni jure possideri a S. R. M. V. quaecunque D. Sigis. Augus. habuerit nec propterea ad solutionem obligari. Tamen illustrissimorum principum nomine petimus, et nobis concedi verum et hoc esse S. R. M. V. mobilium, quae D. Sigis. Augus. erant, et praecium duorum milionum, (s.) aut circiter excedebant, ductum in uxorem serenissima regina, defuncti regis sorore (quae haeres

testato erat) quamprimum in hoc Regnum venit haereditatem ad-
esse et cum illa haereditariis rebus sese immiscuisse tanquam de
onis haereditariis, et non Regni prohibito hactenus disposuisse et
dhuc disponere liberrime. Cum autem successori et haeredi ante-
uam in totum jus defuncti succedat de additione haereditatis (quam
amosam existimat) omnino abstinendum sit, aliisque eam reliquen-
am aut si adierit omne aes alienum (quantumvis viris haere-
itatis exuperet) sibi persolvendum esse sciat. Intelligent illi hanc
uam (instar probationis adductam sententiam) absque ullo negotio
isietam refutari et S. R. M. V. tanquam haeredem et possessorem

D. Sigis. Aug. in testamento relictorum cum serenissima regina
e hoc debito persolvendo teneri. Id quoque ejusmodi consiliorum
dministratos admonere nos oportet bonam partem clenodiorum illo-
um, quorum S. R. M. V. per additionem cum serenissima D. fac-
us est nisi pecunia pomeranica a creditoribus redempta essent vix
n Poloniam reditum multo magis in potestatem S. R. M. V. sere-
issimae reginae deventura fuisse et propterea aequissimum ut S.
l. M. V. debitum hoc majore cum gratia reddat recordari ipsos
tiam optaverimus sereniss. reginam extincto Rege fratre magnis
raecibus a statibus Regni aliquum contendisse, ut ea quae in te-
tamento ei a fratre data erant cederent, quod si fieret, paratam fu-
sse et ultro obtulisse solutionem omnium D. Sigis. debitorum in
e recipere, quae cum ad quadringentorum millium summam non
onscendant, dolendum est tantis cum difficultatibus negotium hoc
nvolui.

Posset hic ultra ea quae superius in medium allata sunt de-
nonstrari, quomodo data ante hoc tempus responsa cum grodnensi
x diametro pugnent, sed re chartae in immensum crescant, obsecra-
nus, illos qui horum impedimentorum et consiliorum S. R. M. V.
uthores sunt desinant, patriam suam tam acri aspergere sale, ut
tiam nemo nec in posterum quisquam futurus sit, quem hoc du-
um Pomeraniae exemplum non absterreat, cogitent pro sapientia
ua verum esse dictum. Quod fides plus quam arma Regnum tu-
ntur, eam si liberare contingat, parum in armis praesidii futurum.
Concludendo itaque ex jussu et mandato illustrissimorum principum
Pomeraniae D. Nostrum clementissimorum Warschoviae jam ante
nstitutatas protestationes, hic repetimus duces videlicet Pomeraniae

neminem alium quam S. R. M. V. et Regnum Poloniae principales agnoscere, neque a manifestissimis Regiae obligationis verbis recedere posse, nec passuros se in extrictabiles labirintos et disputationes commissariorum, et sponsorum mandari, sed necessitate cogi S. R. M. V. et Regnum Poloniae tanquam principales (qui huius mutui contrahendi Regi suo non authores fuerint tantum sed praecibus est flagitarunt in quorum usus et commodum collatum est, qui quomodo expensum fuerit, per eos quos ipsimet deputarunt a thesaurariis publicis rationes acceperunt, qui praecibus suis in interregnis dilationem solutionis quoad Rex certus eligeretur fieri enixi petiverunt, atque tandem publice obstrictam fidem liberandam Warsaviae unanimes consensu decreverunt) in solutione huius debiti, si qui ut sicuti totum negotium ab initio autoritate defuncti Regis et Regni coeptum et contractum est sic autoritate S. R. M. V. successoris et haeredis D. Sigis. Aug. (cujus haereditatem adiit) distrahatur, et obligatio Regia et sigillum Regni liberetur. Decreverunt enim nullas omnino cum fidejussoribus de hoc mutuo (quod urgentibus ab omni parte Regnum difficultatibus, quod exhausto aerario Regni, religioso, sincero et benevolo animo R. M. et Regno ad redimendum pignora, et ad propulsanda pericula Regni Poloniae minime vero fidejussoribus mutuuum dederunt) disputationes exercere nolunt, sese ambiguis periculosisque sponsorum litibus (nunquam ad finem declinatoris) involvere, cum sciant sponsores alieni debiti solutionem secus, quam in comitiis decretum est minime in se recepturos, cum et quid illi animo cognant documentum esse possit, quod ad 15 martii peremptorie Vilnam omnes evocati elapso jam fere aprili ex omnium numero non nisi duo comparerent.

Petimus igitur submisissime S. R. M. V. jubeat hanc illustrissimorum principum ducum Pomeraniae nomine repetitam protestationem ad acta referri, nobisque quibus ratione officii id omnino faciendum fuit (si quid negotii arduitate id exigendum contra responsum grodnense clarius dictum fuerit) clementissime ignoxere velit, cum res eo loco sit, ut sine illustrissimorum principum gravi praedicio lenius dici non potuerit, nec debuerit digneturque S. R. M. perpensis rationibus et refutationibus veris contra responsum a nobis adductis negotium, ita sibi curae esse ut illustrissimi principes res ipsa experiantur, gratiam licet laboret non omnino apud homines extinctam. Quod fiet, si qua ab illis principibus serenissimi

antecessori centena talerorum millia mutuo data sunt pari benevolentia cum legitimo interesse absque longiori mora et disputationibus a S. R. M. V. haerede D. Sigis. Augusti refundantur. Expectamusque, uti mature sic regiae obligationi et warschoviensium ordinum decreto conforme responsum, scripto illustrissimis principibus perferendum.

Supplicatio.

Illustrissime princeps, Domine clementissime! Praemissa obsequiorum studiorumque nostrorum debita promptitudine C. vestrae nusquam notum atque exploratum est, quatenus eidem superioribus proximis annis multoties conquesti sumus de variis violentiarum generibus, quas duo capitanei in vicinis oppidis Corona et Draheim nobis nostrisque subditis saepe ac multum intulerunt, nimirum nostras sylvas violenter invadendo, aedificia nostrorum hominum in pago Todelag extracta excindenda, eorum armenta et alia pecora magno numero abigendo, mactando, aut pro eorundem restitutione insolitum pigno rationis praecium extorquendo magnam lenique agrorum partem subditis nostris in pagis Zacharin et antiquo Valle in et temerario ausu occupando, ejusque generis similia committendo, et quod contra ejusmodi violentias et temerarias invasiones in V. C. directum D. commissas, ab eadem nos defendi saepe subjectissime poterimus. Quae autem ea de causa C. V. scripserit, et quae responsa rursus receperit, ipsa procul dubio adhuc meminit, et ex iis intellexit excusationes capitaneorum esse plane confictas, et vero non conformes, quum quidem nos contrarium vivis testibus, quoties opus esse, docere possumus.

Praeter jam memoratos temerarios ausus et violentias significamus et notum facimus C. v. praesentibus tametsi nos nostrorumque antecessores ultra centum ducentos et amplius annos stagnum Gwecz appellatum, cujus directum verum dominium ad C. v. spectat jure domini utiliter quiete, ac tranquille citra ullius turbationem possidemus, et super eodem piscandi jure, tanto etiam tempore usi fuerimus, quod non obstante capitaneus in Draheim, Stanislaus Bieganski, mandato domini sui, Sandjuogii Czarnkowski, armata multitudo ex quinque pagis ad numerum circiter quadringentorum

collecta agnatum et patruum nostrum Georgium a Walde haeredem in Bernald tum temporis cum paucis suis in piscationis captu super memorato stagno existente nihil horum admonitum, sicut cuiusque honesti viri honor expostulat, aggressus fuerit eumque vasa caeperit, captivum abduxerit pisces, reticula et alia quae secum habebat ademerit, tandem post varia ludibria quibus affectus est, carceris et violentiae metu obligationem fidejussoriam de abstinendo in perpetuum a jure stagni eique renunciando ac praeterea desistendo se coram Sandivogjo Czarnkowski quoties ab ipso postulare tur vi extorserit, eoque pacto subinde dimiserit, idque contra omnia jura cum divina tum humana quibus certis poenis prohibetur est, ne quis alium more latronum sua possessione vi spoliaret, vel alterius possessiones temerario ausu violenter invadat, aut in ista turbationem faciat, et in iis porro cautum, ut quilibet de jure quod se habere putat, legitimo judicio experiatur, ordinariamque causam cognomen et sententiam expectet. Quamvis autem nobis non defuerint vires ac rationes, quibus ex licito jure talem illatam vim visus rursus repellere, et nos ita vindicare potuissemus, tamen quandoquidem rationi et juri magis consuetaneum duximus, c. V. tanquam protectoris et domini nostri hac in parte auxilium, opem atque consilium implorare, Serenissimum quoque regem Poloniae, D. nostrum clementissimum, si ad ejus M^{tem} istiusmodo grave delictum, et commissam atrox violentiam qualem ante haec tempora nullus capitaneus Drahaeim praetendere aut praesumerè ausus fuit, deferatur hanc temeritatem non probaturum, quin potius severa animadversione, ac condignis poenis propter spretam ac contemptam suam M^{tem} auctoritatem ac dignitatem vindicaturum esse, plane confidimus ac speramus. Itaque C. v. qua par est observantia, et subjectione humiliter obtestamur atque oramus, ut non tantum nos nostrosque subditos, bonaque et possessiones nostras in suam tutelam ac defensionem contra ejusmodi temerariorum hominum insolitas violentias suscipiat, cogitetque primo quoque tempore de rationibus ac modis, quibus nostra sarta et tecta maneat, ne summa necessitate impulsus, talem a nobis praesumptam injuriam et tamen ex legum permissione propulsari cogamur ipsi eaque res majoribus turbis et rixis occasionem, atque ausam praeteat. Verum etiam tamen viva voce per C. vestrae legatum D. Bernardum Machi tum

is promotorialibus litteris ad memoratum S. regem Poloniae D. apphanum D. nostrum clementissimum, quem ejusmodi enormia licta, alioqui etiam aliena ab omni honestato summo odio prosequi, et in ea severe animadvertere scimus, atque exploratum habemus, suppetias, opemque ferre clementer dignetur usque efficere, ut sua cujus regium munus atque officium nos etiam subjectissime ploramus, Sandjvogio supradicto gravi et certa denunciata poe- mandet, quo agnatum nostrum, Georgium a Walde, et ejus fijosores in continenti ab exortis obligationibus ac promissionibus eret ipse, aut relaxari faciat capitaneum etiam suum in Drahim verissime jubeat pisces et reliqua per vim ablata, nec non occutum agrum et alias possessiones nostras nostrorumque et intra etera molendina nostra ac tura seu pensiones, quas in iis habemus restituere, ac deinceps a temerario ejusmodi ausu violentiis, et turbationibus qualibuscunque in nostro nostrorumque jure atque miniis abstinere, et de jure, quod D. suum Sandjvogium habere istimet, legitimo et ordinario jure experiri faciet, et im re cum . S. tum est C. v. quae ad conservationem pacis publicae et plurimum salutem simul est ad praecavendas multorum incommoditates spectant, et quae etiam omni juri et aequitati naturali conveniunt, propria administratione justitiae ac singulari clementia. S. R. M. et V. servitia ac promptissima studia nostra qua decet observantia bjectissime pollicemur, atque deferimus. Illud postremo loco humiliter orantes, ut C. V. cogitet, etiam de modis, quibus coercendi ut rustici et mancipia, quae desertis agris et domiciliis nostris cum agno nostro detrimento sine ulla causa temere in Regnum Poloniae ifugiunt, et se ea ratione servituti eximere ac in libertatem vindicare conantur. Quod sane si illis impune permissum fuerit, C. V. rvia et reliqua quae debemus praestare nobis fuerit impossibile iare deliberabit C. V. an non commodum fuerit legato suo pecu- re super hac re dare mandatum cum serenissimo rege de hoc gocio in specia agendi, qua in re tamen C. v. nihil praescriptum lumus, sed suo arbitrio omnia relinquimus. Datum Stetinii 24 nuarii 1581.

Celsitudinis Vestrae

Subjectissimi vassali

Omnes nobiles ex familiis de Valde
Glassenapp, Monnichow et Czastrow.

Altera.

Illustrissimi principes D. clementissimi! Post debita subjecti-
simorum servitorum obsequiorumque nostrorum humillima delatione

Non dubitamus C. v. clementissime recordari, quam graviter
multo jam tempore iisdem questi simus, ac liquidissimis documen-
tis regio sigillo manuque roboratis demonstraverimus, quatenus praesertim
capite anno 1560 et aliquot annis ante et post D. Sigismundus Rex
Poloniae pia recordationis gravi difficilique bello adversus capita-
lem et haereditarium suum Regnumque hostem Moschum praesertim
atque afflictus fuerit. Quo non tantum thesaurus regni sicut in
ipsum quamplurimae Regis praedicti litterae et obligationes, quae
adhuc extant ostendunt exhaustus, verum etiam memoratus Rex in
magna debita et intollerabilia damna versurae ita incidit ut pro-
pterea non tantum aurea et argentea sua clenodia, sed est aliquot
praefecturas in Samogitia sub gravissimis conditionibus hypotheca
dare coactus fuerit. Verum cum ne hac ratione oneribus suis con-
sulare posset, quin potius in majora incidere, tandem praehabito
consilio alia perquisivit media, quibus aequioribus rationibus ad publi-
cam Regni necessitatem pecunias conficere posset, atque eo fine
secutus exemplum aliorum imperatorum, et regum, cameram com-
missionis, ut vocant in Prussia instituit, eique administrandae ma-
gnificum et generosum D. Joannem Kostka a Stangerberg, tum
temporis gedanensem castellanum, et thesaurarium marienburger-
sem, nunc palatinum sandomiriensem, Casparum gerschkoviensem
abbatem olivensem, Christophorum Conarski, Andream a Schwarzen-
sin, Stephanum et Joannem Loiczos et Valentinum ab Uberfeld
praefecit, eosque constituit camerae praesidentes et camerarios, qui-
bus cum D. Sigis. nostro tantum varia privilegia, immunitatem et
jurisdictionem tenore super his anno 1568 Knisini emanatae, et post-
ea anno 1569 Lublini in comitiis sub amplissimo Regni sigillo et
manu memorati Regis et cancellarii Regni amplificatae, et confirma-
tae obligationes verum etiam plenam potestatem dedit, tam suam
quam R. P. nomine ad publicam necessitatem praesertim vero tum
ad tollenda versurae intollerabilia damna tum etiam ad retinenda
hypotecata clenodia, et praefecturas sublicitis usuris apud diversa
quantum possent personas aes alienum contrahendi eisque rursus

se ac successoribus suis regibus verbo suo regis promiserit se eorumque haeredes, hujus contracti aeris alieni nomine evictum et indemnes praestitutum, etiam pro majori assecuratione, certas effecturas ac bona et annuos redditus in Russia, Prussia, Pomerania et Samogitia hypothecae jure obligaverit sicut id ipsum regiam nmissio plenius demonstrat. Eandem secuti duo Loiczii commi- ii, ut qui in C. v. ducatu Pomeraniae majorem quam reliqui ha- ent notitiam mandato collegarum regium illud diploma in comi- sub nomine omnium procerum Regni promulgatum, ejusdem si- o confirmatum manuque memorati Regis et cancellarii Regni sub- natum in praedicto ducatu Pomeraniae passim multis nobilibus aliis ostentarunt, eisque praelegi curaverunt, cujus commissionis n solum aliquot exempla auscultata sub sigillo Regni extant, sed ipsum originale adhuc in manibus est ejusdem regiae commissio- solo intuitu et contemplatione nos nostrorumque parentes pie de- lecti persuasi, supra nominatis duobus Loiczis minime quidem eo- n solas personas et fidem respicientes, sed tanquam regii com- ssariis cum plenissima potestate aes alienum Regis et Regni no- ne contrahendi, omnem nostram propriam et ab aliis mutuo acce- im pecuniam credidimus, ac mutuavimus plerique est nostrorum quorundam parentes fidem pro ipsis ad Regni necessitatem ejus- e commodum, et utilitatem publicam interposuerunt, suam certo erantes S. Regem D. Sigis. Aug. Regnique amplissimos proceres nibus capitibus saepe memoratae commissionis sicuti per se quum et justum est satis facturos operamque daturus, ut quemad- odum per Loiczos omnem a nobis nostrisque parentibus paratam ccuniam acceperunt eamque in suum Regnique usum converterunt . per eosdem solutionem nobis facturos esse. Quemadmodum po- ra eo fine D. Sigis. aliquot vicibus cum commissariis horum debi- rum nomine fecit liquidationem, omnesque summas in istis liqui- tionibus specificatas, quas Loiczi tunc regii commissarii mutuo ceperunt et inter alia sortem quoque Rudigeri Massovii in Wobel- se piae memoriae pro redimendo regio argenteo et praefecturis inoldo cracovio pignoris exolutam, nec non eam summam pro ia fidem suam pro D. Sigis. Augus. erga Reinoldum cracovium aefectum militum interposuit, cujus fidejussionis ratione ejus libe- praedicto cracovio bonis suis satisfacere coacti fuere non tantum

pro propriis suis et liquidis debitis sciens agnovit, sed etiam liquationes et agnitiones istas pro majori fide propria subscripsit, et ac secretiori suo sigillo munivit, hacque ratione loiciorum contractum ratificavit, approbavitque, quae omnia D. Sigis. litteris et procanclarii sui Francisci Krasinski, et etiam rationarii ejusdem Regis in annu quoties opus est doceri possunt, propterea nemini dubium est si D. Sigis. dotius supervixisset, nunquam passurum fuisse tantam et tam longam atque difficilem moram debitae solutionis verum pro ejusdem Regis obitum cum durante interregno per tempus aliquod dubia Regni administratis esset, licet novi Regis saepius spes facta tamen negocium hoc cum maximo creditorum damno et incommoditatibus per integros novem annos protactum est, donec tandem S. R. M. in comitiis anno 75 habitis, ad quae sicut antea multo factum, magnis sumptibus profecti fuimus non tamen sicut accessimus erga C. v. legatos optime se declaravit M. S. nobis C. v. si dedit jus et justitiam adversus loiczos administraturam, sed etiam implorato saepius ejusdem regio officio passa est se moveri ut regio suo munere non alienum duceret super hoc negotio certum quosdam deputare commissarios cum mandato ut citatis coram certo loco et tempore designato omnibus ac singulis creditoribus eorundem obligationes hypothecas, inscriptiones, singraphas, instrumenta et alia quae vis authentica documenta, quae se super certa debita habere praetendunt, diligenter cognoscant revideant occupent perlustrant, transumant et registrent, quin et tempus et locum cui et quod assignaverint, et summas principales saltem aut interesse etiam infra preveniens ab iis computent, ac etiam modos rationes, quas quisque per se attulerit ejus exsolvendae pecuniae ab iis intelligant et ad M. suam referant. Hi commissarii deputati tametsi pro expeditione facta sibi regiae commissionis creditoribus certum diem et locum nimirum 4 Sept. Toruniae publice denunciaverunt, sicut C. v. non est incognitum, tamen cum magno numero et gravissimis sumptibus eo profecti essemus preter omnem spei dies illa destinata propter pestem tum Toruniae grassantem cum tamen de eo ne verbo quidem praemoniti essemus in aliud tempus et locum prorogata fuit, atque ita nos miseri creditores re infecta eversum domum nos recipere coacti fuimus. Caeterum quamvis S. R. M. deinceps quoque anno proxime praeterito scripto declar-

onem fecit se D. Sigis. commissarios praeterito anno 80 Vilnan. 15 martii diem vocasse, ubi non tantum iidem in praesentia edictorum commissariorum quos eam ad rem S. R. M. declaravissent ostenderent, quid illis debitorum explicandorum causa a D. Sigis. antecessore concessum esset, verum etiam caeteri creditores de causa agerent cum annexa hac regia promissione si S. R. M. illigeret, aliqui in rationibus ad axpedienda haec debita constis turbatum fuisse facturam se, ut hoc illis in integrum restitua- ac sperassemus quidem hanc commissionem, pro qua S. R. M. madmodum par est gratias egimus maximas ipso effectu exe- tam iri plurimumque eam emolumenti secuturam fuisse. Tamen te impedimenta ac difficultates tunc temporis propter grave bel-) adversus Moschum suscipiendum huic operi perficiendo inter- erunt jam toto terrarum orbi innotuit. Quando vero S. R. M. us belli Dei beneficio pro tempore feliciter constitutis haec comi- generalia fascit Deus bono auspicio indixit plane jam persuasum is est S. R. M. non permissuram, ut emanata sua commissio- tius cum magno nostro detrimento, seu potius certo quorundam tio protrahatur, quin potius pro aequitatis et justitiae summo suo regio laudato studio serio curaturam, ut ad justum finem et ctum perducatur, speramusque S. R. M. hoc magis clementissi- eo aequitatis progressuram esse, ut nostrorum regiam dignam- : habeat rationem, propter ea quod soli D. Ernesto Wejero in ompensationem servitiorum suorum loicziorum bona ad ipsius um clementer concesserit, tradideritque, in quibus nos jus quae- im tantumque quantum praedictus Ernestus Wejerus habere po- ; habemus. Quam ob causam contra memoratam concessionem tisper donec nobis de debitis nostris satisfaceret ex summa neces- te protestari coacti fuimus, sicut etiam contra eandem et de non isentiendo qua decet subjectione omni meliori nostro ac forma uo jam protestamur, certo ac subjectissime confidendes S. R. M. sua gratia justitiam summa animi pro pensione id ipsum non lementer accepturam, etenim licet loicis pecuniam nostram ad- neravimus tradidimusque, tamen factum hoc quemadmodum su- ius notatum intuitu R. M. et Regni contemplatione passim de- nstratae, atque ostensa regia commissionis. Itaque denuo spera- s ac S. R. M. iterum hoc nomine humillime implorantes merito

existimavimus subjectissime, ut nostrorum clementem atque aequissimam habeat rationem efficiatque serio ut emanata semel commissio et Ms. de novo facta benigna pro(m)missio, justum optatumque sortiatur effectum. Pro faciliori autem imploratione, seu expeditione hujus nostrae apud S. R. M. subjectae postulationis humillime petimus, ut C. v. per oratores suos pro nobis clementer intercedere, et nostram hanc causam quam diligentissime sibi commendatam habere dignetur. Inter caetera vero, ut Ms. deputatis commissariis porro mandare clementer velit, quo huic negotio expediendo et liquidandis debitis, locum nobis aliqua ex parte convenientem et ducati Pomeraniae aliquam proximioram praefigant. Quare factum est S. R. M. ea quae ad ejusdem et inclyti Regni Poloniae fidem honorem, dignitatemque magis magisque apud omnes ubique ordine amplificandam spectabunt. Praeterquam quod pactis haereditariis cum inclyto Regno Poloniae inuitis conforme fuerit, ne quis aequitate et jure suo destituatur. Quin imo potius tum ex dignitate regia. erit, tum ad pietatis, aequalitatis et justitiae M. S. per totum orbem laudatissimum studium ejusdemque gloriam amplificandam pertinebit, ne huic tantulae Provinciae tam praeclare de inclyto hoc Regno merita in causa justissima defuisse cuiquam videri queat. Pro qua seria justitiae administratione et C. vestrarum clementi intercessione tum S. R. Ms. et omnibus Regni praecribus tum C. S. D. nostris. clementissimis debita, ac promptissima nostra studia atque officia pollicemur.

Cels. vestrarum

Subjectissimi vasalli et caeteri D. Sigismundi
piae recordationis creditores et fidejussores

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc.

Universis et singulis praesentibus et in posterum futuris quorum interest, tenore praesentium nostrarum significamus et notum testatumque facimus. Posteaquam suscepta a nobis contra communem hostem, moschorum ducem, expeditione, illustris princeps affinis noster charissimus D. Georgius Fridericus, Marchio brandenburgensis in Prussia, Stetini, Pomeraniae, Cassuborum ac vandalarum, nec non Sylesia Carnoviae dux, burgrabius norimbergensis

c Rugiae princeps etc. humaniter ac benevole a nobis, tam per fe-
atos, quam per litteras nostras requisitus esset, ut illustritas sua
ujus expeditionis nostra difficultate, atque necessitate et hostis cru-
elissimi vicinitate commota, ad salutem publicam Conservandum,
t communia pericula propulsandum auxilium aliquod spontane-
m ex ducatu suo in Prussia nobis afferet, cujus petitionis aequi-
ate cum ordinibus ducatus, sin probe considerata, Illus. sua non
um tempore prioris expeditionis nostrae in recuperatione Polotii
t aliarum artium expugatione, expedito quingentorum sclopetario-
um germanorum vexillo (quos per sex menses suis stipendiis aduit)
ponte et liberaliter nobis subvenit, verum etiam nunc a nobis ite-
um per litteras et legatum nostrum humaniter compellata ad con-
inuandum contra communem hostem bellum et ad declarandum
uum erga nos et R. P. propensissimum studium pro confirmandis
velli nervis, triginta florenorum polonicalium millia (nobis paulo
post Paschatis festum proxime futurum, regiomonti numeranda) pa-
i spontanea liberalitate suppeditavit cumque Illustr. sua officiose
a nobis postulasset, ut quia et prius illud ad Polotium militare, et
nunc hoc pecuniarum auxilium ultra pactorum praescripta et de-
ditum sponte et voluntarie praestaret Illus. suae ejusque successo-
ibus et toti in Prussia ducatu per universales nostras idonee ca-
veremus haec auxilia nullo nec sibi nec communibus pactis unquam
raejudicio aut detrimento futura, nec a nobis aut serenissimis suc-
cessoribus nostris vel toto Regno pro jure debito allegari aut usur-
ari debere. Nos hanc illustritatis suae postulationem aequam et
ustam esse agnoscentes, nec cuiquam servitia atque officia sua
raejudicio aut fraudi esse volentes, praesentibus hisce non tum
hoc auxilium spontaneum et ex nullo debito, sed mera libertate
profectum grato animo accipimus et agnoscimus, verum est nos-
tro et serenissimorum successorum nostrorum totiusque Regni no-
stri nomine verbo nostro regio cavemus, pollicemur et volumus,
quemadmodum de superiori ad Polotium auxilio cautum esse (quae
lum assecuratio hinc nihil derogare debet) ita et hoc novum pec-
uniarum auxilium, neque ipsi illustri Marchioni Georgio Friderico,
neque illustribus ejus successoribus, aut ipsius ducatus Prussiae sub-
ditis ulli unquam praejudicio aut damno futurum), neque a nobis
vel serenissimis successoribus nostris Regno nostro in pactorum

vim pro jure debito unquam allegari usurpari, exigi, postulari, et afflagitari, sed omnia secundum pacta et conventa perpetua sancta et inviolate observari debere, quemadmodum et hanc pecuniae summam in nullos usus alias, quam ad propulsandum hostem communem, moschorum ducem, et ad defensionem Regni nostri, eique incorporatarum provinciarum convertimus. Quae universa et singula uti nostro et serenissimorum successorum nostrorum nec non et tunc Regni nostri nomine, verbo nostro regio pollicemur ita sancta tecta servabimus et servari faciemus, salvis tum omnibus jure nostris ex pactorum dispositione et privilegio donationis feudi existo in Prussia ducatu competunt, aut competere possunt; quibus nihil hac cautione derogamus, sed ea omnia salva et integra nobis et serenissima successoribus nostris reservamus, et conservari volumus. In quorum omnium fidem hasce assecurationis litteras manu nostra subscripsimus et appenso sigillo Regni nostri muniri mandavimus. Actum in conventu nostro generali. Warschoviae etc. (Die 27 Febr.).

Stephanus Rex.

Protestatio abbatum contra commissarium.

In nomine Domini Amen.

Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, Quomodo anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo octuagesimo primo, indictione nona Pontificatus nono SS. in Christo patris et D. nostri D. Georgii Divina providentia papae ejus nominis tredecimi anno, ipsius die vero lunae quinto mensis Junii hora antemeridiana, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum praesentia congregati simul reveren. Domini Joannes Wagorzewski, episcopus gnesnensis suffraganeus polonianiensis et abbas premetensis, D. Joannes Bilencki abbas obrensis; caeteri duo per procuratores suos videlicet reverendus Stanislaus Wierzbinski, abbas paradisiensis propter aegram valetudinem et reverendus Andreas Koscielecki abbas bledzeniensis ob certa sua maxima negocia cum venire non possent omnes ordinis cisterciensis in villa Przysieka monasterii premetensis in curia ibidem in vim protestationis exposuerunt: Quomodo diebus sacris Pentecostae

ri praesentis nesciunt quomodo, aut per quales, vel quas personas
ta et injecta sunt ob rei in conventu, nemine fratrum vidente aut
ante, prementi vero extra monasterium in oppido coram parochi
i tunc per plateam transeunte, nec recipere ullo pacto volente mo-
nasterio quaedam sub titulo manu et sigillo reverendi P. Edmundi
Cruce abbatis castiliensis, commissarii cisterciensis, unum videli-
cet contra reverendum Joannem Bilencki, abbatem obrensem adjun-
cto, altero pro cittando reverendi Andraee Koscielecki, abbatis bledzi-
nsis, alterum contra Joannem Węgorzewski abbatis premetensis
lem adjuncto, altero contra reverendum Stanislaum Wierzbinski
batem paradisiensem, unius quasi tenoris et formae, per quae sin-
guli ex praenominatis D. abbates citabantur ad justitiam rev. pat-

D. Natalis Cossardi, procuratoris et instigatoris capituli generalis
terciensis ordinis ad comparandum Cistercii coram rever. patre

Nicolao Boncheratio generali abbate cisterciensium ordinis pro
nerali capitulo ad diem primam Septembris anni curentis, quam-
vis igitur in diferendo aut exequendo praedictis manitoriis nulla fu-
it servata juris communis multo minus regularium statutorum for-
ma omninoque de antiquis consuetudinibus deviatum, neque hoc et
is multis nominibus animadvertant D. abbates, sed ad ejusmodi
monitoria respondere, aut jurisdictionem cisterciensium generalis vel
isdem commissarii per omnia agnoscere teneri, aut obligari, de
hoc solenniter protestantur, tamen ut S. sedi apostolicae cui humiliter
subjecti et obedientes semper fuerunt et esse volunt tum
pro omnibus et singulis in Regno et provinciis Poloniae, ad quos
proprie pertinet tam sui ordinis, quam alios praelatos. Con-
stat de illorum facti et innocentiae ratione tum bonae conscientiae cu-
stodia simul atque ad eos de hujusmodi monitoriis qualiscunque
iamvis neque juridica, neque legitima, neque debitis modis servatis
justitia pervenit cum non possent per ejusdem D. commissarii emis-
sarios sive tabelliones, quos nullus illorum vidit, nam sit uti praedi-
ctum est monitoria proiicientes, neque personaliter cuiquam ex re-
gularibus comparentes aut intimantes statim profugerunt per pu-
bicum instrumentum abs me publico notario confectum respondere,
et in vim protestationis, quae sequuntur producere voluerunt. Quod
iamvis inficias ire nequeant quod ordinis ac regularis suae obser-
vantiae originem deductam a cisterciensium monasterio trahant cis-

terciensiumque nomine censeantur tamen quomodo hoc in consuetudinem in leges scriptas introductum ipsi offenderint: ignora quod ab immemorabili hominum memoria non aliis superioribus quam loci ordinariis reveren. D. Episcopis Regni Poloniae, nempe contradicente, aut contraveniente subjecti sint. Hoc plane illis constat pleraque monasteria paucis exceptis, absque scitu, consensu, auctoritate generalis aut cujuscunque superioris ordinis hoc in loco extracta ac dotata fuisse, id quod apparet ex privilegiis functionum, necnon ex eo, quod in metricis cisterciensis ordinis quae tam antiquas, quam recentiores D. commissarius secum habebat tria vel ad summum quatuor monasteria suis nominibus descripsit. Item quod ullo unquam tempore generalis cisterciensium seu aliquam in Regni Poloniae abbates aut monachos exerciunt jurisdictionem nunquam quenquam ex his D. abbatibus vel monachis Cistercium evocavit, nunquam ad generalia capitula vel quoscunque alios actus accedere quocunque praetextu sunt soliti. Ita quod abbates his in monasteriis nullo unquam recursu habito auctoritatem generalis cisterciensis ordinis per multorum sermone annorum a monachis monasteriorum in praesentia abbatum et commissariorum per lociordarios deputatorum non modo eligebantur sed saepius etiam deponebantur. Electi vero solis loci ordinariis iuramenta fidelitatis ac obedientiae continuo praestabant et huc quoque praestant. Accessit et hoc postea quod nemo in abbatem ab eoque expresso consensu R. Mtis licet legitime electus per loci ordinarium confirmari potuit, sicuti neque nunc quidem potest aut licet. His omnibus et singulis per antiquam consuetudinem receptis et in jure etiam scripto tam statutorum provincialium quam Regni firmatis nullo unquam tempore quisquam contradicere nunquam per tot successionem annorum derogari immunitatibus et privilegiis ordinis protestatus est sive suo sive generalis cisterciensis nomine, quod eo quidem magis dignum admiratione videtur quod in Sacro concilio Tridentino, ubi tanta et tam firmiter auctoritas loci ordinariorum etiam in abbates fundata est nemo contradixit immo qui se decretis subscripsit a Clero Poloniae, nunc abbas fuit sulejoviensis cisterciensis ordinis Stanislaus Załęcki, quod idem in prima provinciali synodo in qua S. concilium Tridentinum publicatum et receptum est, omnia quae a reverendissimis D. q

pis juxta statuta provincialia et decreta S. concilii propisito sunt
et aliis omnibus abbatibus sub jurejurando absque ulla exceptio-
ne aut exemptionis significatione sancte recepit et sese obligavit.
Et igitur recenter adveniente rev. D. commissario ordinis cum
auctoritate generalis et S. sedis apostolicae mandato pro reforma-
tione regularis observantiae instituenda D. abbates eum et libenter
cognoverint et ad monasteria sua admiserint (quod in Germania
provinciis caesareis vicini eorundem abbates alii non fecerunt, ne-
que ejusdem D. commissarii auctoritatem idcirco vel ejusmodi pro-
posus experti sunt) id quod fecisse se profitentur voluntate ac jus-
suerenissimi Regis supremi patroni ac defensoris sui nec non con-
suevisse rever. suorum D. lociordinariorum tamen cum post modum D.
commissarius praeter reformationem regularem multa tentare velle
videretur, quae ad convellendam jura provincialia et Regni tum con-
suetudines receptas et ad inducendum contra lociordinarios ac seren-
tiam superiorum gallorum cisterciensis ordinis auctoritatem ac
jurisdictionem juxta antiquas et nunquam hoc in Regno aut publi-
cas aut in usu positas immunitates atque exemptiones cisterci-
ensis familiae spectare videbantur unum non exigua inter illum et re-
ver. D. episcopos Regni Poloniae senatores dissensio orta est
maximarumque turbarum concitata nobilitate, quae jura Regni de-
fendere velle mordicus praetendebat, ansam proebere caeperat, de-
tenta interim re ad S. R. M. certo consilio inhibita fuit antiquata
auctoritate quibusdam abbatibus a nonnullis reverendissimis D. epi-
scopis ne porro praefatum D. commissarium ad secundanas visita-
tiones in monasteria sua admitterent, donec ex bello Rege reverso
propter tranquillitatem Regni aliquid certius ac securius ea de re a
S. R. M. et rever. D. episcopis communibus consiliis constituerent
praesertim quod R. D. episcopi tam in bulla per D. commissarium
reducta et triennio ante Synodum provincialem emanata, quam in
illis litteris SS. D. nostri hoc pro se trahere videbantur, quod ex-
traessum esset aliquoties dum modo per lapsum temporis imme-
morabilis videlicet centum annorum in consuetudinem non abierunt
privilegia, facultates, exemptiones, quatenus sunt in usu et item quod
omnia in litteris apostolicis ac documentis ordini cisterciensi datis
contenta non aliter confirmari et approbari, quam ea conditione
proposita ne S. concilii Tridentini decretis adversentur, Hac igitur

de causa cum D. abbates propterea quod lociordinarii sui inhibitioni parere juxta statuta provincialia et consuetudinem receptam metu item nobilitatis ac respectu S. Regis coacti fuerint, quum a R. D. Commissario cistercium evocantur, palam et expresse protestantur se non excutiendi jugi obedientiae aut observantiae, regularis causa neque quod vel minimo in puncto praescriptis regulae suae convenire velint, sed quod vereantur maxima pericula sibi et monasteriis quae in Germania et vicinis provinciis ex similibus dissensionibus et proerogatarum proetensionibus exorta sunt, bonaque monasteriorum in secularium manus prodiderunt, ne quaquam sibi parendum et ad cittationem D. commissarii sistendum esse judicant de quo sollemniter protestantur ex his quae sequuntur causis. Primo quod cap 8 sess. 25 concilium trinden (s.) aperte descriptum videant de monasteriis quae generalibus capitulis aut episcopis non subsunt nec suos habent regulares ordinarios visitatores. Congregationes quolibet triennio celebrantibus si id facere negligant episcopis tanquam sedis apostolicae delegatis subdantur. At qui in Regno Poloniae nihil horum fuit et visitationes per lociordinarios absolvi continua successione solitae sunt, non igitur illis licet neque integrum est de plano hanc jurisdictionem excutiendo alteri cui nunquam subjecti erant sese subicere. Deinde Cap 20 sess. 24. Causae omnes in prima instantia coram ordinariis locorum cognosci debent etc. At qui D. commissariis hic in prima instantia quamvis sciret de jure scripto et consuetudine recepta nec non quod privilegia ordinis sui hoc in Regno nunquam in usu fuerunt neminem ex abbatibus citavit cum nemine jure legitime expertus est. Deinde quod nullus D. abbatum linguam novit gallicam vix unus germanicam iter vero peristius linguae provincias peragendum sit longinquum difficile et periculosum. Praeterea quod nullus unquam non modo abbas horum monasteriorum sed nec monachus ex Polonia cistercii fuit, neque causam dixit sed de omnibus ac singulis quae contra abbates ab immemorabili tempore sive personales sive reales actiones intentatae fuerunt nusquam quam coram loci ordinariis vel in Synodis provincialibus definiri sunt solitae et per appellationem ad s. Sedem apostolicam non cistercium devolui. Item extant statuta provincialia per S. sedem apostolicam post publicationem S. concilii Tridentini conformata et ab omnibus abbatibus jura-

ento firmata, quam expresissime jurisdictionem loci ordinariorum abbates et monasteria describunt, quorum in usu hactenus neque in contradicente fuerunt, et hucusque sunt, quibus contravenire non audent D. abbates nisi specificam derogationem aut revocationem SS. Domini nostri sibi publicatum, nec non absolutionem a reatu amento allatem viderint; item quod et hoc metuunt ne in se contentent nobilitatem si juribus Regni aliqua in re contraveniant quod retinet si cisterciensium superioritatem et evocationem nunquam hic commissam nec approbatam de plano post positos episcopos aut synodus Provinciae agnoscerent. Item accedit et seren. Regis jus accretorium citra cujus expressum assensum et voluntatem id illis accedere minime competit, ne quid sibi derogari aut contra suam auctoritatem abbates moliri existimet. Ex his et aliis pluribus magnae momenti causis et rationibus R. D. abbates posnaniensis diocesis protestantur, se non teneri citationibus ejusmodi D. commissarii tam praesertim illegitime factis, nullo juris processu, nulla consuetudinum ratione servata respondere, neque cistercium accedere se posse. Quod si contra illos aliquid habet D. commissarius, offerunt se ad demonstrandam suam innocentiam paratos respondere, ac se omnibus, ac singulis suis factis rationem dare, vel in provinciali synodo proxime celebrando coram congregatis ibidem omnibus R. D. episcopis et abbatibus juxta antiquam servatam consuetudinem, vel iam in conventu Regni congregatis cum R. Majestate solis R. D. episcopis cum abbatibus et aliis praelatis ubi vero in ejusmodi congregationibus sive synodis, sive comitiis omnis metus periculi D. abbatibus sublatus fuerit, ac de dissensionibus exortis tam cum R. M. Majestate cum R. D. episcopis D. commissariis pro sua prudentia commiserit, juraque Regni ac statuta provincialia cum suis praerogativis et privilegiis antiquatis, nec unquam hoc in Regno admissis contraxerit tum omni cura et sollicitudine in posterum eos hoc nomine liberaverit facturos se omnia atque D. commissario et Rmo generali in omnibus semper obedituros et quicquid decretum fuerit humiliter submituros fore absque ulla difficultate et tergiversatione declarant. Alias si quid non obstantibus ejusmodi prostationibus et causis productis contra eosdem attentaverit aut procedere voluerit R. D. commissarius vel R. D. generalis ex quo aliquod praepjudicium aut damnum sive omnibus sive alicui D. abbatum praedicto-

rum necessario sequeretur, extunc prout exnunc appellant ad S. D. nostrum et S. sedem apostolicam apud eandem haec et omnia latius exposituri salva cum eodem vel iisdem actione, seu actionibus reservata pro jure et auctoritate S^mi Regis supremi patroni defensoris, ac item R. D. episcoporum, quorum uterque pro jure interesse suo ac specificè acturus est. Praesentibus R. ac genero R. D. Alberto Bieganowski, Andrea Zbiewski, canonicis ecclesiae cathedralis posnaniensis, Thoma Siedlecki, Joanne Dziekczynski, Jacobo Jabłonski, caeterisque testibus circa praemissa fidedignis.

Cittatio commissarii ordinis cisterciensis contra R. Episcopum posnaniensem.

In nomine Domini Amen. Noverint universi et singuli praesens instrumentum publicum visuri, inspecturi, lecturi et audituri. Quo anno a Nativitate D. nostri Jesu Christi millesimo quingentesimo octogesimo primo, die prima mensis Maii, indictione nona, Pontificatu S. D. nostri et D. Georgii divina providentia papae decimi tertii anno nono. In mea notarii publici testiumque infrascriptorum praesentia personaliter constitutus reverendus ac religiosus pater Antonius Flamingus, gallus, s. Theolog. baccalaureus, Rmi in Christo patris et D. Edmundi a Cruce abbatis casteliensis per Regnum Poloniae etc. ordinis cisterciensis generalis commissarii seu visitorum secretarius, tenens suis in manibus intimationem litterarum apostolicarum cum monitorio sub titulo et sigillo R. in Christo patris et I. Hieronimi Mathaei protonotarii apostolici praefati S. D. nostri papae ac curiae causarum camerae apostolicae generalis auditoris in manu Ovidii Erasmi Curiae causarum camerae apostolicae notarii subscriptas, sanas, illaesas et omni suspicione carentes, eas mihi notario publico infrascripto exhibuit, atque reproduxit, a meque eas transumi exemplari atque collationari, ac de verbo ad verbum transcribi petiit atque pro officio requisivit, quarumquidem litterarum tenor sequitur et est hujusmodi: Hieronimus Mathaeus protonotarius apostolicus SS. D. nostri papae, necnon curiae causarum camerae apostolicae generalis auditor, romanaeque curiae iudex ordinarius sententiarum quoque et censurarum in eadem romana curia et extra eam litarum ac litterarum apostolicarum quarumcunque

iversalis et merus executor ab eodem SS. D. nostro papa, specialiter deputatus. Universis et singulis DD. abbatibus, prioribus, repositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, thesaurariis, sacristis, tam cathedralium quam collegiatorum parochialiumque ecclesiarum rectoribus, locum tenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, curatis, et non curatis, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per civitates et dioeceses, quascunque illique vel illis, ad quos, vel ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint, et etiam quilibet constitutis, salutem in Domino et nostro hujusmodi immo pro apostolicis firmiter obedire mandatis. Noverint, quod nuper pro parte R. D. abbatis cistercii totius ejusdem ordinis patris generalis, nec non R. D. procuratoris generalis ac superioris totius ordinis cisterciensium prioris instanter et debite requisiti, discretioni vestrae et quilibet vestrarum tenore praesentium committimus, et in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus statim visis praesentibus et postquam illarum vigore fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra imo verius apostolica auctoritate intimetis, insinuetis et notificetis, prout nos tenore praesentium intimamus, insinuamus et notificamus R^mis ac Rndis in Christo patribus, et R. D. quarumcunque civitatum, dioecesium, terrarum, et locorum archiepiscopis, et episcopis ordinariis, eorumque in spiritualibus et episcopalibus vicariis, seu officialibus generalibus, nec non omnibus et quibuscunque aliis iudicibus, commissariis, delegatis, subdelegatis, et aliis quibus molestatoribus et perturbatoribus, nunc et pro tempore insurgentibus, quacunque auctoritate, dignitate et officio fungentibus, et functionum ac sua interesse putantibus, ex adverso praesentibus in executione praesentium nominandis et cognominandis litteras in quas apostolicas SS. D. nostri papae Georgii XIII in forma *bielus* sub datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 12. Junii 1574 pontificatus sui anno tertio expeditas, privilegiorum concessorum et largitorum dicto ordinarii cisterciensis in eorum propriis originalibus sive earum vera transumpta nec non moneatis et requiratis, prout nos requirimus eosdem primo, secundo, tertio et peremptorie, quatenus intra sex dierum spacium, quorum sex dierum: duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies pro tertio et peremptorio termino et monitione causae ea assignamus et vos assignatis eisdem sub suspensionis a divinis quo ad R. archiepiscopos et episcopos, quo

vero ad alios interdicti ingressus ecclesiae ex comunis majorum alie que ecclesiasticis sententiis et censuris in eisdem litteris apostolicis contentis, et bis mille ducatorum auri de camera locis *praesens* arbitrio nostro applicandum poenis debeant, et horum quilibet debeant ipsos R. D abbatem, cistercii patrem generalem et ejus procuratorem et superiorem supradictum, nec non fratres conventus, ac monasterium totius dicti ordinis cisterciensium utriusque sexus pacificos, et quietos dimittere, qui nimmo debeant litteris apostolicis, et praesentibus nostris monitorialibus litteris in omnibus, et per omnia paruisse et obedivisse, ac de partitione et obedientia nos intra terminum viginti dierum certificasse, alioquin nisi paruerint, et de partitione docuerint modo et forma praemissis, peremptorie cettare curetis et cittetis, pro ut nos tenore praesentium cittamus eosdem, quatenus prima die juridica post dictos sexaginta dies immediate sequentes, qua nos, seu R. patris D. in civilibus causis locum tenentem nostrum ad jura reddenda, et per eum causas audiendas Romae pro tribunali sedem contigerit, comparant in judicio legitime coram nobis, vel locum tenentem nostro praecerto, per se vel procuratores vel procuratorem suos idoneos ad videndum sese sententias, censuras, et poenas praedictas incidisse, et incurrisse declarari deinde, aggravari cum invocatione auxilii brachii secularis, vel dicendum et causam, si quam habeant rationabilem, quare praemissa fieri non debeant, certificandum, eosdem sic cittatos et munitos, quod sive in dicto cittationis termino comparuerint, sive non, nos nihilominus, sive locum tenens noster praefatus ad praemissa et alia graviora juris remedia procedemus dictorum cittatorum contumacia, vel absentia in aliquo non obstante; absolutionem vero omnium et singulorum praedictorum nobis vel superiori nostro tantum modo reservamus. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem praesentes per infrascriptum curiae nostrae notarium subscriptas, sigilloque R^{dae} camerae apostolicae, quo in talibus utimur appensione, munitas, duximus concedendum. Datum Romae sub aedibus nostris anno a nativitate D. 1581 indictione nona, die vero 30 Januarii tempore pontificatus S. in Christo patris et D. nostri D. Gregorii divina providentia papae XIII anno nono. Ovidius Erasmus curiae causarum camerae apostolicae notarius. Locus sigilli appensi. Dion. Rabla Sucz.

Et quia ego notarius publicus una cum infrascriptis testibus

ras praeinsertas, vel monitorium cum citatione sanas et integras nulloque suspectas vidi, legi ac debite conspexi, ideo illas requisitus, verbo ad verbum ex originali fideliter transumpsi, descripsi exempli et collationavi, de et super qua transumptione praefatus R. D. tonius Flamingus si a me, notario publico, fieri atque confici petiit unum vel plura publicum seu publica instrumentum, seu instrumenta fuerunt haec in conventu monasterii Wągrovecensis sub anno, , mense, indictione, pontificatus, ut supra. Praesentibus ibidem D. patre Gregorio Ostrowski, sac. theol. baccalaureo conventu wągrovecensi priore, praeposito tarnoviensi, ac religioso patre Christopho Pangroc, superiore ejusdem conventus, et nobili Stanislao Doński, caeterisque fidedignis testibus, ad praemissa rogatis et adhibitibus.

Protestatio R. D. episcopi posnaniensis.

Ego Lucas Coscielecki, episcopus posnaniensis ex manibus tuis in omni reverentia accipio exemplum bullae et SS. D. nostri tituli pro debito meo defero, primum vero coram te notario publico testibus praesentibus protestor bullam praedictam non esse autentem, neque autentice R. D. nuncii apostolici hoc in Regno praetitis, aut R. D. archiepiscopi metropolitani (quod semper in hac provincia in ejusmodo litteris apostolicis publicandis servari consuevit) missione, vel saltim testimonio aut scientia roboratam. Item ego in bullae contentis inspectis palam et expresse protestor, quia in re non iusta et necessaria quod ad reformationem monasteriorum spectat S. D. N. mandatis parere volo et sum paratus exequi omnia quae in eadem bulla continentur juxta perscriptam ibidem formam, licet omnia et singula privilegia et exemptiones conservandum quantumvis sunt in usu et quantumvis per lapsum temporis immemorabilis, videlicet centum annorum in desuetudinem non obierint. Item quae... inde secuta sint licita et decretis concilii Tridentini non versantia, et item quae... statutis provincialibus, et ultimae Synodi provincialis petricovensis (in qua SS. con: Trid: receptum est) et S. sedem apostolicam approbatis triennio post emanationem praedictae bullae nihil detrahant aut derogent. Et item quantumvis privilegia et immunitates in praedicta bulla contentae per series reges Poloniae, sicuti per alios christiani orbis reges et monarchas receptae admissae sunt, ut iuribus Regni antiquis et recentioribus per ordi-

nes principales spiritualem videlicet et secularem sive equestrem etiam
juramento firmatis. Et item consuetudinibus longo usu receptis non
contraveniat aut non adversetur. Haec ita omnia pro officio meo
tam episcopali, quam senatorio circumspicendo, et ad mentem S. D. N.
tum ad bonum ordinem et tranquillitatem Regni novitatis
et inusitatis rebus exclusis sese accomodando tum prospiciendo, et
cui plus forte quam conveniat sibi arrogare liceat, per te notarium
publicum requiro R. D. commissarium ordinis cisterciensis, ut quid
quid porro haberet in dioecesi mea posnaniensi pro reformatione mona-
steriorum sui ordinis instituere, aut exequi quo tutius, melius et tran-
quillius atque stabitius id praestare posset in praesentia mei et as-
sistentia quam eidem D. commissario offero, faciat et exequatur. Ita
ego idem solenniter protestor bullam praedictam neque praedicto mona-
sterio neque praedicto tempore, neque legitime mihi intimari, nam R. S. sed
apostolica legati cum summa et delatere auctoritate quoties hanc in prae-
vinciam veniant semper litteras facultatum suarum R. D. archiepiscopi
gnesnensi, Regni primati ante omnia intimanda curent, per quem omni-
bus comprovincialibus episcopis ad notitiam deducuntur, atque com-
missarius cisterciensis ordinis per integrum annum et aliquot menses
in Regno Poloniae haereus R.^{mo} proxime defuncto archiepiscopo, sine
nec alicui ex R.^{m^{is}} D. episcopis bullam S. D. N. intimavit unquam
neque consuetudinibus antiquis et statutis provincialibus sese accom-
modavit, nunquam aliquem ex R.^{m^{is}} D. episcopis amice aut frater
in his requisivit, nunquam auctoritatem illorum sibi jure scripto
consuetudine concessam, postulavit. Nunc demum in ipso discessu
suo R. M. ob bellum a Regno absente, et satis quantum plerisque
senatoribus constat turbulenta ipsius consilia contra superioritatem
regum, ac lociordinariorum ab immemorabili tempore in monasterio huius
Regni firmatam, gallico quodam impetu suscepta agra fere
bullam praedictam (quo animo satis per discessum ejusdem apparere
intimare mihi voluit. Qua in re ego idem maximum non modo meae
auctoritatis meae ordinariae et senatoriae rerum aliis quoque Re-
verendissimis D. episcopis, atque adeo ipsi serenissimo Regi praesentium
commissarium fieri palam, et per expressum protestor in
quod mihi soli intimata sit bulla, qua omnibus episcopis, et item
Regi, tanquam supremo patrono ac defensori omnium monasteriorum
intimari in principio adventus sui ante omnia debuit prius, quin etiam

R^{mum} D. nuncium apostolicum in Regno praesentem ea de re rri decebat, ut ille pro auctoritate et prudentia sua cum R. D. episcopis, sive omnibus sive singulis de toto hoc negotio conferre, itemque SS. D. N. ac iudicium suum in his quae requiri per commissarium videbantur explicaret; sed quia me solum, postpositis aliis episcopis, aggredi ausus est commissarius cisterciensis indebite illegitime, nulla servata juris forma, nulla consuetudinis habita ratio quod in vilipendium auctoritatis et dignitatis meae episcopalis esse studio perturbandi status ecclesiastici videtur salvam cum eodem mihi apud sedem apostolicam reseruo hoc nomine actionem, de qua sum, atque iterum solenniter protestor ad quam communicata prius sum S. R. M. cum R^{mis} aliis D. episcopis, et item D. abbatibus, et aliis ecclesiasticis personis, ad quos hoc proprie spectat, de toto hoc negotio, de temerariis commissarii actionibus cum plena fide et testimonio, sufficienter rationem daturum offero. Praesentibus R^{dis} ac generis D^{is} Joanne Powodowski praeposito posnaniensi, sede vacante hieriscopali gnesnensi administratore, Faelice Pomorski, archidiacono przenensi, Michaelae Słavinski canonico ac officiali posnaniensi, et Wydzierzovski, Stanislae Koluczki, Stanislae Strzałkowski, Jacobabłonski.

Litterae a S. R. M. ad R. D. episcopum kujaviensem, nominatum archiepiscopum gnesnensem pro abbacia sulejoviensi.

Stephanus D. G. etc:

Reverende D. Syncere nobis dilecte. Cum ex litteris S. V. vestrum legendi copiam fecit nobis venerabilis Joannes Gawłowski praepositus Wolboriensis, secretarius noster, tum ipsius sermone satis inde cognovimus quantum curam adhibuerit nec habere hucusque cessat, ut venerabilis Georgius Fabius, praepositus praemisliensis, marius capellanus noster, abbatiam sulejoviensem, quam nuper ei contulimus, primoquoque tempore consequi possit. Quod nobis minime in modum gratum est S. V. id unum maxime laborare, ut voluntati nostrae si in re omni, tum in eo viro ornando de nobis jamdem benemerito respondeatur, postulamus quo uti caepit sedulam, veterem operam, ut nulla interposita mora quietem sacerdotii istius positionem adeat, atque ea praestet, quae ad abbatem loci illius ex

antiquo recepto more pertinent, pluribus his suis exponet Gawłowi sekretarius noster S. V. quid in eo negotio constituendum. Scitum S. V. id nos novari neminem ea abbatia sulejoviensi gaudere posse, praeter eundem capellanum nostrum, quem designavimus neque commutationem istius in locum aliae s. accepturi. Cupimus S. V. recte valere. Warschoviae 25 martii 1571 Regni nostri quinto.

Cedula manu regia scripta

Res plane indigna minimeque nobis ferenda est nullum commendationi nostrae relictum esse locum in eligendo abbate immo vero plus ibi artes et practicas quorundam valuisse quasi vero auctoritatem hac hucusque, a praedecessoribus nostris usurpata et continuata ipsi commissarius hoc exemplo exuere velit, sibi que excussa superioritate Regum et lociordinariorum notam, et in Polonia nusque usurpationem ordinis eorum summam in dantis etiam abbatibus auctoritatem una hac visitatione sua nobis imponere, confirmareque velit: quae res, ut minime ferenda est, ita ille bonus frater, aut alii ad quos haec spectare videntur, serio movendi sunt, ne quid ultra crepidam etc.

Stephanus Rex.

Instrumentum electionis R^{ndi} D. Stanislai Ostrowski in abbatiam sulejoviensem.

In nomine Domini S. et individuae Trinitatis Patris et filii et spiritus Sancti Amen.

In monasterio sulejoviensi conventuque ejusdem in loco capitulari, ubi fratres monasterii ejusdem capitula sua celebrare consueverunt absoluta per priore s. missa de Spiritu Sancto et communionem corporis Domini per fratres omnes ejusdem conventus seniores et minores observata, invocataque gratia Sancti Spiritus per jubilum hymni veni Creator Spiritus juxta indictionem electionis pro die hodierna per R.^{mum} D. Jacobum Uchanski Dei gratia archiepiscopum gnesnensem legatum natum et Regni Poloniae primatem, tanquam ejus loci ordinarium consensu ad id accedente R^{ndi} D. commissarii ordinis congregatisque in eodem capitulari loco priore et omnibus fratribus dicti conventus, praesidente R^{ndo} Do. Edmundo a cruce, abbate castre

ensi et ad regnum Poloniae de mandato R^{mi} D. Nicolai Bonche-
n, abbatis cisterciensis, et totius ordinis generalis primi in parla-
nto dinvionensi, regis galliarum consilarii cum facultate sanctissi-
in Christo patris D. D. Georgii papae XIII moderni, ac admissio-
ser. principis D. D. Stephani, Dei gratia Regis Poloniae etc. nec
n principis Transylvaniae ad monasteria ejusdem ordinis cistercien-
vicario generalique commissario, assidentibus quoque R^{ndis} patri-
s Joanne Krasinski, cantore cracoviensi, canonico gnesnensi, secre-
io, et ad actum praesentis electionis S. R. M. nuncio Joanne Si-
rski, J. V. doctore, gnesnensi, leopoliensi etc. canonico, R^{mi} D.
iepiscopi gnesnensis cancellario, Foelice Rembelinski, gnesnensi,
iciensi canonico, tanquam a R^{mo} D. archiepiscopo et ejus diocae-
s ordinario quoque ad praesentem electionem missis, caeterisque
is probis et nobiles, ibidem praesentibus, et existentibus, electio
obatis post mortem et obitum R^{ndi} olim Stanislai Fałęcki, ejusdem
obatae ultimi et immediati possessoris, facta et celebrata est. Inpri-
is itaque R^{das} D. Joannes Crasinski, cantor cracoviensis, canoni-
is gnesnensis, S. R. M^{tis} secretarius, et ad actum praesentis ele-
ionis orator et nuncius a S. R. M. delegatus in sacro totius capi-
lli litteras oclusas S. R. M. sigillo majori sigillatas. Priori, totique
onventui obtulit et exhibuit, quae cum reverentia susceptae, exoscu-
tae et lectae sunt, vigore quarum tum credentiae per S. R. M. si-
i in eisdem litteris datae satis praeclara et ampla oratione volunta-
m et desiderium S. R. M. exposuit, simul atque R^{dum} D. Georgium
abium, praepositum praemisliensem, et S. R. M. primum sacellanum
t confessorem ad capessendam hujusmodi abbatiam obtulit, et com-
mendavit, petiitque, ut ipsum tanquam hominem probum doctum
antissimoque pontifici gratum, et S. R. M. in devotione et moribus
ptime perspectum, ac monasterio praesenti utilem futurum in abba-
m suum affirmant, atque eligant. Post cujus legationis expeditio-
em R^{das} D. commissarius praesidens litteras quoque S. R. M^{tis} ad
e datas publice legit, dictumque R^{dum} D. Georgium Fabium, sibi per
i. R. M. commendatum fratribus totique conventui longa oratione
ualificatum commendavit, eidemque monasterio in abbatem commo-
lissime praeferendum esse censuit, et quoniam in omni electione
anonica triplici via de jure proceditur, aut enim fit per compromis-
sum, aut per inspirationem, aut per scrutinium et vota secreta, vi-

sum est R^{ndo} D. praesidenti, et toti conventui ad talem electionem per viam secreti scrutinii procedere, quare R^{das} D. commissarius ad omnia omnes et singulos fratres conventus dicti, quorum de praesenti electione interesse, et ad quos spectat auctoritate in hac parte sibi concessa, et qua fungitur, et ad faciendam dictam electionem idoneos et paces et habiles sint a sententiis excommunicationis majoris et interdicti absolvat, et absolutos pronunciavit ad eamque procedendum in Dei nomine decrevit. Itaque venerabilis ac religiosus D. Petrus Kruszowski, tanquam in capitulo et voce prior de hujusmodi electione requisitus, scripto electionem suam, manu propria subscriptum obtulit, ipsamque per se legit et inhaerendo praesenti electioni petiit, cuius tenor est:

Reverendissime et Reverendi. Ego caeterique mei confratres paratissimi quidem sumus R^{ti} in omnibus obtemperare, et gratificari. Imprimis autem ego ut peculiariter, mentem meam exponam, quamvis etiam iidem confratres mei, ut rebus suis per pia memoriae demortui patris nostri, morte afflictis tempestive succurrerent, me pro sua benevolentia, quavis prosequerentur, unanimiter et concordibus votis in abbatem suum delegerint, ex qua electione non nihil juris ad istam dignitatem mihi competere non immerito videtur, tamen honorem Dei, auctoritatem ordinis, et monasterii hujus utilitatem privato meo commodo praeferre malo, cedoque libentissime omni juri, quod circa praedictam electionem de me factam, quovis modo praetendere possum, verum tum neminem alium eligere possum, nisi fratrem religiosum ordinis professum, tum ne sim ingratus praefatorum confratrum meorum benevolentiae, qui me sibi similem in professione elegerant, tum et jam ne incurram excommunicationis sententiam, latam per sacros canones, sacrum Tridentinum concilium, et statuta ordinis nostri contra eos, qui secus fecerint, et praeter hoc ne quid faciam contra jura statuta et consuetudines hujus Regni, quibus cavetur ne alienigenae aut assumantur ad abbatias, aut alias dignitates, quae propter postposito omni favore alio et utilitatis propriae studio, profiteor coram Deo, R^{mo} R^{disque} D. vestris me nullum scire magis idoneum, qui monasterio huic praeficiatur, quam venerabilem D. patrem D. Stanislaum Ostrowski, genere nobilem, ex legitimo matrimonio procreatum, S. Theologiae baccalaureum actu praesbyterum ordinis hujus professum hujusque monasterii priorem antea, annuo, eligo no

que et huic monasterio in abbatem praefici cupio, ac peto pre-
que. R^{nam} et R^{dos} D. vestras, ut apud Ser. R. M. D. nostrum
nentissimum efficere velint, ut sicut omnibus juravit sua jura ac
ilegia se servaturum ita nobis in hac parte nostra salva et
a tecta que esse patiatur praefatumque electum ratum et gratum
ere dignetur. Frater prior sulejoviensis, secundus frater Jacobus
tos per viam secreti scrutinii viva voce in suum et monasterii
sulejoviensis abbatem elegit fratrem Stanislaum Ostrowski, generose
ilem tanquam, virum probum de litteris bene meritum, monaste-
que praesenti utilem, tertius frater Joannes senior per viam secre-
crutinii in suum et dicti conventus sulejoviensis abbatem elegit
idem, quartus frater Simon subprior per viam secreti scrutinii ele-
in abbatem suum eundem, quartus frater Simon subprior per
n secreti scrutinii elegit, in abbatem suum eundem fratrem Sta-
aum Ostrowski eique vocem suam dedit et votum contulit; quin-
frater Christophorus, praesbyter celarius, per viam ejusdem secre-
crutinii in abbatem suum et monasterii sulejoviensis, fratrem Sta-
aum Ostrowski elegit et nominavit, eidemque vocem suam dedit
votum contulit; sextus frater Nicolaus, diaconus similiter; septimus
er Christophorus, subdiaconus similiter, octavus frater Valentinus,
diaconus similiter. Quibus auditis, R^{das} D. commissarius, ut ea,
n meliori inquisitione et diligentia accuratori fieri, iterum ad re-
itionem votorum omnium et singulorum processum est, quae omnes
tres sigillatim repetierunt, et quasi uno corde et unanimi senten-
s suas approbaverunt, ejus rei rationem reddendo, quod in mona-
rio praesenti satis laudabiliter se gessit, et sine aliqua reprehen-
ne vixit, immo et sacras lectiones officium prioratus aliquot annis
lem exercens, publice perlegit. Quam quidem electionem R^{das} D.
esidens cum caeteris D. assidentibus viderunt, ut apparebat esse
inspirationem et ne (quod absit) per conpirationem et conditio-
n mutuam factam super sententias suas omnes et singulos dictos
tres conventuales eligentes juramento obstrictos esse voluit. Qui
nes, et eorum singuli, juramentum tale super Christi evangelia
testiterunt ita, quod in hujus modi electione nullam conpirationem
erunt, neque donis, precibus, promissionibus, largitionibus tam per-
ctum, quam per ejus submissas personas sunt corrupti, nec spe
cujus lucri decepti, sed pure, vere, simpliciter, sola dictante con-

scientia, et propter bonum ecclesiae et utilitatem monasterii fecerunt et dictum electum nominaverunt, sic eos Deus adjuvet et sancta Dei evangelia. Cujus electionis ita ut praemittitur factae conclusionem R^d D. commissarius et praesidens certis rationibus animum suum moribus in diem crastinum distulit et prorogavit; tandem die crastina adveniente hora primarum honorabilis vir, Petrus Kruszowski prius cum toto conventu fratrum religiosorum instantissime petiit et postulavit R^{dum} D. commissarium, ut electionem suam, die hesternae canonice factam, concludere ac determinare dignaretur. Quare R. D. commissarius, et praesidens, ad instantem petitionem fratris dicti conventus suleviensiensis, et ut pro officio suo tenebatur, vigore constitutionis Clementis, quarti dictam electionem tanquam rite, canonice, legitime regulariterque factam et solennissimam conclusit, ipsamque publicandum decrevit, et ibidem R^{dus} D. Joannes Krasinski cantor cracoviensis et canonicus gnesnensis, et ad ad actum praesentis electionis S. R. M^{tlis} nomine nuncius delegatus nomine S. R. M. solenniter protestatus est. Quomodo ipse in eandem electionem contra auctoritatem jusque S. R. M. tanquam supremi omnium monasteriorum patroni factam, tanquam nullam et invalidam, non consentit, neque consentire vult, de eoque salvam actionem contra fratres dictos S. R. M. D. nostro clementissimo reservat. Hora itaque meridiei per R^{dum} D. commissarium missa absoluta capituloque dicto more celebrato in praesentia multorum nobilium praesentium et existentium post factam conclusionem supradictus R. D. commissarius ex super abundanti ante publicationem electionis omnes et singulos fratres eligendo requisivit, utrum sententias suas mutare, vel aliqui in dicta electione attentare et innovare vellent, illorumque votis secreto exanimatis omnes et singulos in suis sententiis perseverantes vidit, et audivit. Inhaerendo itaque sacris constitutionibus et ordinationibus, ratam et gratam praedictam electionem, tanquam canonice et legitime factam habens, eam omnibus ibidem existentibus et praesentibus publicavit, et manifestam fecit, venerabilemque Stanislaum Ostrowski, professum monasterii Wagrowecensis ordinis cisterciensis, in theologia baccalaureum ex utroque parente nobilem et legitimo matrimonio ortum, in abbatem monasterii suleviensiensis canonice et legitime electum auctoritate ordinis nominavit, et praefectum decrevit, et hoc in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti

nen. Ut autem electionem praesentem, tanquam legitimam, legitime et canonice factam, S. R. M. D. noster clementissimus ratam, ratam habere, eam que decreto suo approbare et confirmare dignetur. ¹⁸ D. commissarius, et ejusdem electionis praesidens, priorque cum ^o conventu monasterii sulejoviensis S. R. M. tanquam omnium monasteriorum supremo patrono, et jurium defensori, humiliter et devote supplicant, super quibus omnibus et singulis praemissis idem ¹⁸ D. commissarius cum priore ac toto conventu monasterii sulejoviensis petierunt a me, notario publico infrascripto, confici et tradendum, duo, plura publica instrumenta. Acta sunt haec loco et hora, ut supra, indictione nona, pontificatus sanctissimi in Christo patris et D. N. Gregorii papae XIII feliciter moderni, anno nono, die Mercurii 22 mensis martii anno Domini 1581.

Praesentibus ibidem generosis, nobiles, et famatis viris: Petro Gowomiejski, pincerna terrae Ravensis, Stanislaw Roxicki, Alberto Osciszowski, Bonifacio Zbożny Wąszowic, Petro Radunski, Sobiano Dębowski, Joanne Bielski, Petro Chrosciszowski, Stanislaw hrosciszowski, Christophoro Grabowski, Seraphino et Andrea Gorzekotowie, Alberto Dłuszki, Martino Iwanowski, Petro Radwanski, Laurentio Popławski, Joanne Ługowski, Stanislaw Giża. Nec non notariis publicis: Stanislaw Domanski, Sebastiano Płaczkowski, Matia, exactore sulejoviensi, testibus circa praemissa vocatis, rogatis et adhibitis.

Instrumentum investiturae et traditionis, missionisque
in possessionem ejusdem Abbatiae.

In nomine Domini Amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, et sit notum. Quomodo anno a Nativitate ejusdem 1581, indictione nona, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et D. N. Gregorii papae XIII feliciter moderni anno nono, in monasterio sulejoviensi, et loco capitulari, ubi abbas cum frateris sua capitula celebrare solet: Die Mercurii 29 martii hora ante meridiam, in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum, et rogatorum praesentia, constituti personaliter honorandi et religiosi, frater Petrus Kraszowski, prior, caeterique fratres conventus sulejoviensis coram R^{do} D. Edmundo a Cruce, abbate castellionensi, ordinis cisterciensis in Regno Poloniae visitato-

re, et commissario generali, exposuerunt, quomodo ipsi inhaerens suae electioni, quam canonicè et legitime in personam venerabilis D. Stanislai Ostrowski interea absentis fratris ordinis, professique monasterii wagrovecensis fecerunt, ipsumque in abbatem per scrutinium et vota secreta elegerunt, ad capessendamque et obtinendam huiusmodi abbatiam, ipsum tanquam optime habilem et qualificatum vocaverunt et petierunt, instantissimeque postulaverunt, ut ipsum, taliter electum, in dictae abbatiae possessionem realem et actualem intromittere, instaurare dignaretur, curamque et administrationem spiritalium et temporalium juxta facultates suas, et pro debito officio sibi concederet. R^{das} itaque D. commissarius, attento eo, quod jam a diebus octo dicta electio sit facta neque hactenus aliquod canonicum impedimentum intercessit, quominus debeat suum debitum sortiri effectum requisitis priore et fratribus num dictam electionem ratam et firmam habeant, utque eam approbent. Quam omnes unanimi acclamatione facta, ratam et firmam se habere responderunt, requisito quoque dicto electo, ibidem praesente, et personaliter existente, utrum hoc onus et officium quod est plenum periculis et multis difficultatibus suscipere vellet et possit, qui licet se imparem et indignum tanto munere profitebatur gratiae tamen et vocationi divinae contravenire minus christianum esse judicans, confisus adjutorio Dei, et orationibus fratrum suorum id ipsum non denegavit; quare dictus R^{das} D. commissarius juxta petentibus consensum denegare non potuit, autoritate itaque sibi in hac parte a R^{mo} D. cisterciensis et ordinis generali commissa, et sanctissimo D. nostro approbata, nec non a Ser. principe D. D. Stephano, Dei gratia Rege Poloniae, magno duce Lithvaniae Russiae etc: nec non principe Transylvaniae confirmata qua fungitur dictum venerabilem D. Stanislaum Ostrowski electum ad dictam abbatiam recepto ab eodem solito reverentiae et obedientiae tum servandis et reddendis D. Deo votis suis diligentius servandis quoque ordinis statutis in capitulo wagrovecensi, superiore anno, mense iunio omnium abbatum consensu renovatis de fovendo paterne fratribus, tum de non alienandis bonis monasterii et non fovendis in monasterio et praediis mulieribus suspectis et concubinis super Christi evangelia solito corporali juramento per impositionem et inductionem in stallum prius chori et deoscultationem altaris majoris, tum clavium et libri regulae ordinis traditio-

l, ac potestatis per baculi pastoralis in manus concessionem insti-
investivit, et installavit, realemque et actualem possessionem illi
idit, et assignavit, ipsumque in abbatem dicti monasterii praefecit.
de more fratres omnes et singuli debitum reverentiae et obedi-
usque ad mortem juramentum in manibus ejusdem praestiterunt,
exhibuerunt, quibus ille quoque ad vitam aeternam proficere prae-
is est quae omnia et singula praemissa de jure et observan-
facta, cantarunt Te Deum laudamus cum organis et pulsu cam-
orum, conclusa et determinata sunt. Super quibus omnibus di-
D. electus cum suo conventu petiit a me notario infrascripto
fici et tradi unum, duo, plura publica instrumenta. Acta sunt haec
io, indictione, pontificatu, die, mense, loco hora quibus supra.
esentibus ibidem generoso et nobilibus: Petro Nowomiejski, pincerna
ae Ranensis, Bonifacio Zbożny Wąsowicz, Stanislae Conradzki,
nislao Domanski, caeterisque viris probis, testibus ad praemissa
atis, et rogatis.

Confirmatio electionis superioris cum responso ad litteras Regiae Majestatis.

In nomine Domini Amen. Per hoc praesens publicum instrumen-
n cunctis pateat evidenter, et sit notum, quomodo anno a Nati-
ate ejusdem 1581, indictione nona, pontificatus sanctissimi in Chri-
patris et D. N. Gregorii papa XIII faeliciter moderni, anno nono,
solis, secunda, mensis aprilis hora meridiei in monasterio sulejo-
nsi et loco capitulari in praesentia R. D. Joannis Crasinski, can-
is cracoviensis, canonici gnesnensis, secretarii et ad actum electio-
abbatis sulejoviensis, in meique notarii publici et testium infra-
iptorum, ad hoc specialiter vocatorum praesentiis, constitutus R^{du}
Edmundus a Cruce, abbas castelionensis monasteriorum ordinis
erciensis in Polonia vicarius, et commissarius asseruit quod que-
dmodum die hesterna per generosum D. Stanislaum Roxicki fra-
us totique conventui litterae administrationis suae in bonis mo-
sterii sulejoviensis sunt oblatae, et exhibitae per S. R. M. illi datae,
ponsumque fratrum dicti conventus super easdem litteras in vim
iberationis in diem hodiernam fuit translatum et transpositum.
inde dictus D. commissarius venerabilem D. electum, priorem

totumque conventum, ut respondeant eisdem litteris S. R. M. et dictae administrationis generosi D. Stanislai Roxicki In facie omnium requisivit. Itaque venerabilis Petrus Craszowski, prior, suo et omnium fratrum monasterii sulejoviensis nominibus in haec vel similia verba respondit: Hoc esse inusitatum dari oeconomos a R. M^{te} ad bona monasteriorum. Quae quidem bona in jure terrestri consistunt quemadmodum et nobilium Regni possessiones eodem enim jure terrestri ratione praedictorum bonorum judicantur. Igitur quemadmodum R. M. adultis nobilibus in eorum bonis non dat oeconomos, ac curatores, ita nec nos cum pupilli non simus, sed abbatem electum habemus, curatore ac oeconomus isto indigemus. Quod si D. vestra per vim aliquam bona monasterii invaserit, protestamur nos eandem in jus vocaturos, causamque eidem occasione praemissorum intentaturos. Caeterum quoniam S. R. M. et juribus et privilegiis nostris nondum plene est informata, rogamus D. vestram velit (s.) tam ab hac oeconomia supersedere, donec ulteriorem informationem super hisce rebus S. R. M. a nunciis nostris habuerimus. R^{das} quoque D. Stanislaus Ostrowski, electus abbas, pro sua interesse imprimis immensas et immortales S. R. M. gratias egit. Quod S. R. M. in tuendis et promovendis ecclesiae et monasteriorum bonis tantum studii et diligentiae impendere dignatur, ut praedia molendorum non exponantur; quod autem attinet de administratione eorum, per eandem S. R. M. generoso D. Stanislaum Roxicki data, dixit se esse in praesentia R^{dorum} D^{orum} commissarii generalis tum secretarii quoque R. M. et nunciorum R. D. archiepiscopi legitime et canonice juxta juris statuta, tum et leges Patriae in abbatem electum licet quidem tanto munere imparem, sed gratia Dei rationis bene contentum, neque juribus suis adeo destitutum, ut bona eadem providentia tuto non possit atque ita nullo egere oeconomus, et curatore, sed vigore electionis suae posse ad id divina suffragante clementia re familiari optime provisurum et curaturum; petiitque omnibus modis generosum D. Stanislaum Roxicki ut ab ejusmodi oeconomia et procuratione tantisper supersedere dignetur, donec S. R. M. nondum sane de juribus monasterii constat sufficientem informationem accipiat, illud quoque in medium proferendo, quod episcopi mortuis bonorum episcopalium administrationes nemini alteri competunt, nisi capitulis ejusdem episcopatus, nec S. R. M. concedantur.

isuevit illis bonis aliquos administratores. De quo generosus D. nislaus Roxicki more juris polonici ministeriali et nobilibus protectus est. Tandem R^{du}s D. Joannes Crasiński, S. R. M. secretarius vocando in memoriam priori et fratribus monasterii sulejoviensis iam priorem admonitionem, nimirum quod S. R. M. electionem per se factam nunquam esset approbatura neque confirmatura, secundum litteras R. M. ad se datas eisdem legit, perlegit et toties ad intellectum repetiit, simulque admonuit, ut earum auctoritatis regiae ratione habita, virum optimum S. R. M. laudatissime commendatum, verendum D. Georgium Fabium praepositum praemisliensem, multis syminariis suis, in abbatem suum eligant et morem S. R. M., inquam omnium monasteriorum patrono et defensori in omnibus observant. Quare, venerabilis, D. Petrus Craszowski, prior, suo totius conventus nominibus exposuit, paratos se esse in omnibus S. R. M. suo clementissimo obtemperare, tamen in iis rebus, que contentiam suam et omnium suorum fratrum tangunt, et contra statuta constitutiones ordinationes sacrosancti ordinis cisterciensis, tum et contra patriae fiunt, metuendo gravissima vincula excommunicationum, a se animam feriunt, propterea non posse a suis sententiis recedere sed omnes assurgendo devotissime R^{dum} D. Joannem Crasinski, monachum cracoviensem, canonicum gnesnesen, et secretarium S. R. M. per misericordiam Dei petierunt, et obtestati sunt, ut pro sua humanitate et conditione quoque spirituali de salute jurium et libertate ecclesiae et monasteriorum partes suas apud S. R. M. interponere dignetur. R^{du}s vero D. secretarius nomine legationis praedictae, a se fungitur, ut antea ita et in praesentiarum de eo protestatus est, quod ipse in dictam electionem, ita ut praemittitur factam, non consentit, neque consentire vult, salvam actionem S. R. M. pro jure suo cum dictis fratribus resevando; conversi vero fratres id R^{dum} D. commissarum petierunt ab eo ne contra praesentem electionem, quam licet esse canonice et legitime factam, nec se posse quicquam attendere contrarium sub excommunicationis et praejudicii poenis aliquid innovare, ac repetere dignetur. Cum jam in actu praesenti suo prout habuit functus est officio, nam et electo obedientiae juramentum aestiterunt, et omnia in manus et possessionem illius esse tradita, itaque D. commissarius, et si electionem legitime factam esse non negabat, neque se velle, nec debere, nec posse cogere fratres

ad aliam electionem protestabatur, tamen propositis incommodis monasterii imminere si S. R. M. mandato et voluntati non fuerit : factum pro R. D. Georgio Fabio, praeposito praemisliensi, S. R. commendato longa oratione apud fratres satis egit et ipsum ut buit diligentissima commendatione, ut antea fecit commendavit, et electum ipsum admonuit, ut vel juri suo cederet R. M. placere vel bonis modis cum R. D. Fabio componeret. Et ibidem R. D. electus monitionibus quidem sui superioris obtemperare se paratum re profitebatur, sed quoniam electionis suae juramentum solitum praestitit a fratribus quoque illud recepit, se fratresque suos jure non fraudare impium judicabat, tum quod dum asset electus in abbatem koprzywicensem in gratiam S. R. M., et in favorem R. D. Lubczki, ejusdem monasterii moderni abbatis, semel juri suo cessit, S. R. M^{ti} hoc nomine gratificari curavit, quibusdam nobiles a M^{te} missis, cum ad id sollicitantibus promittentibusque M. R.^{am} : tempore et occasione occurrente, ejus promptitudinis recordantiam bituram, aliis vero nobiles multis ibidem existentibus, et hoc esse factum, acclamantibus supplicavitque a S. R. M. ut ejus relictionem habere, et ipsum in hoc praesenti suo jure tueri et conservare dignetur, post hoc multi nobiles ibidem existentes pro libertatibus patriae exhibuerunt statuta Regni R. D. secretario quibus certum esse demonstrabunt in abbates non suspiciendum alienigenarum solos polonos habiles ex utroque parente nobile et in monasterii dudum versatos ac regulam professos. Quibus R. D. secretarius litteras S. R. M. obtulit ac ne quidquam contra S. R. M. nollantur vigore litterarum dictarum admonuit, tum quod ipse D. Georgius Fabius et hoc ipso nomine censeatur esse polonus, cum praemisliensis praepositus, ad quod responsum est statutum praesens intelli at expraesae apparet de abbatibus non de canonicis et si tum illi canonici in hoc casu juri suo cesserunt, hoc tamen praepjudicium aliorum non caedit, protestati tamen sunt se nihil velle contra auctoritatem S. R. M. facere, sed pro libertatibus patris tantum satagere. Quod per praedecessores suos monasterium suum joviense sit de bonis propriis in magna parte dotatum. Proinde si quid contra statuta Regni in hac parte actum fuerit, se velle comitiis de recuperatione bonorum suorum monasterio collocatorum omnem diligentiam adhibere. Super quibus omnibus et singulis pra-

ssis dicti D. petierunt a me notario publico confici et tradi unum, o, plura publica instrumenta. Acta sunt haec anno, indictione, ntificatu, die, mense, hora, quibus supra. Praesentibus ibidem nerabili, generosis, et nobilebus: Stanislao Białawczewski, in Solek bano, Petro Nowomiejski pincerna terrae ravensis, Bonifacio Zbożny ąszowic, Sebastiano Swierczynski, Christophoro Grabowski, cae isque viris probis, testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

**Responsum R^{mi} D. nominati archiepiscopi ad litteras per
D. Ferens allatas Lovicium.**

Sacra ac Serenissima Regia Majestas
Domine Domine clementissime!

Quod S. M. V. ad majus gratiae suae erga me humillimum im deprecatorum ac servitorem documentum ad priores mihi cle nter transmissas litteras in eventum mortis R^{mi} D. archiepiscopi iptas nunc quoque iterato novam nominationem mittere dignata et quidem per generosum D. Franciscum Wiesseliny initimum um secretarium ac cubicularium quas maximas mente concipere ssum ago habeoque S. M. V. gratias agnosco profecto in eo non um ego sed et omnes alii singularem S. R. M. V. erga me gram ac innatam quandam beneficentissimi animi propensionem. Fa- Deus omnipotens ut et vocationi meae et S. M. V. expectatio- in Dei Optimi honorem quod R. P. commodis et M. V. dignita- tuenda et augenda satisfacere queam quod certe quantum in me t omni studio contendam. Quod ad abbatiam sulejoviensem atti t vedeo S. M. V. dignitatis suae causa atque adeo auctoritatis am in commendanda persona R. D. Fabii interposuit haud parum mmoveri neque quidem immerito. Quo magis miror fratres istos l tam inconsiderantes esse, vel tandem (s) sibi aut externis consiliis nfidentes, ut S. M. V. mentem optimam et ad conservanda jura orum omniumque ecclesiarum ornamenta augenda propensissimam rturbare, et inquietis forsitan aliquibus hominibus sine spe compo- ionis alicujus sive vana quacunque alia persuasioni motibus ausam aebere maluit, (s.) quam de pertinaci suae electionis (qualiscunque tan- m sane illa fuerit) sententia decedendo ad aequam, ac per beni- am S. M. V. voluntatem sese accommodare.

Verum ego, quemadmodum omnibus aliis molestiis ac perturbationibus hoc expeditionis bellicae tempore ita et hac cogitatione liberam S. M. V. esse cupio. Non modo et enim electus iste confirmationem non obtinebit, sed simul atque mihi confirmatione a S. S. D. nostro allata jurisdictionem ordinariam extendere, atque exercere licebit, ipse in monasterium illud me conferam, et pro officio ac iure meo debitis modis, ac rationibus adhibitis efficiam, ut dignitatis S. M. V. in persona D. praepositi commendata potissima habeatur ratio. Commendo me humillimaque mea obsequentia ac preces in gratiam S. M. V. quam incolumem foelicem ac victoriosum a Domino diutissime conservari, ac prosperari cupio. Datum Lovicij die ultimi Aprilis 1581 anno.

Litterae a S. R. M^{te} ad D. Regni marsalcum

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc:

Magnifice, syncere nobis dilecte. Cum illustres principes, Pomeraniae duces his comitiis a nobis per oratores suos petiissent, ut quos anno superiore proximo commissarios finium inter Regni nostri et Pomeraniae ditiones regendarum et dirimendarum controversiarum causa, quae inter finitimos varie existunt, designaveramus eos cum anno superiore conventum a commissariis non fuerit iterum certum ad diem designamus: quibus a nobis responsum est, non eam rem S. V. majoris Poloniae generali et cujus animi aequitate in istiusmodi cognoscendis ipsis etiam principibus explorata esse possit, commissuros esse: quo cum eorum illustritates de loco ac tempore conventui commissariorum oportuno consilia communicarent, et inter se pro eo, ac utrinque fieri commode posset, compararent. Hortamur igitur, ac mandamus S. V. primum, ut cum ipsis Pomerania principibus locum tempusque commodum, quo utrinque commissarii conveniant, decernat, tum vigore commissionis nostrae anno superiore proximo ad S. V. missae, quam suo in robore conservemus, eosdem quos tum S. V. collegas commissionis attribueramus sibi adjungat, habitoque cum commissariis pomeranicis conventui id incumbat, ut quidquid in finibus illis controversiarum est, id aequitatem et cujusque juris rationem reducat, ac fines illi ad justos legitimosque terminos redigantur.

Quam rem S. V. hoc maiore studio commendamus, quo et principes Pomeraniae diligentius urgent, et id querellae nostrorum creditorum ipsumque adeo Regni jus magis requirit. Bene valeat V. Datum Varsoviae die 25 Martii anno Domini 1581 Regni stri quinto.

Stephanus Rex.

Alterae ab eadem S. R. M. ad D. Regni Marsalcum.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc:

Magnifice, syncere nobis dilecte. Pervenit ad aures nostras avarosissimi olim Christophori Sokołowski, capitanei nostri rogoznensis, tribuni crusviciensis consanguineos remotiores in praejudicium generosorum Michaelis, Jaroslai, Christophori et Annae Sokołowskich generosi olim Joannis Sokołowski liberorum minorenum ex fratre germano nepotum, ad quos jure naturali et jure Regni hujus successio spectat, cumque vilipendio superioritatis nostrae nostroque, in utriusque pupillorum supremus tutor sumus, ita jam cum defunctus rogoznensis capitaneus laugnesceret eisdem pupillis certos tutores, eosque bonos eorundem propinquos designavimus, non solum quae bona haereditaria, sed et ipsum capitaneum nostrum rogoznensem nulla juris ratione, sed de facto et per vim occupasse alteram quoque partem, tutores nempe et propinquos dictorum minorenum in deesse sibi velle, quominus vim vi repellat, eosdemque violentos occupatores, alienae successionis ex bonis eiiciat, unde facile tumultus moveri, et guerras excitari, pacemque publicam violabile est. Cui quidem malo, ne latius, serpat mature obviam: volentes, hasce ad S. V. dare voluimus. Hortamurque eandem S. V., ut pro officio suo, et ex brachio nostro regali istos violentos pupillorum istorum successionis occupatores inde repellat, et cedere capitaneatu rogoznensi, et bonis haereditariis ad manus eorundem pupillorum tutorum, a nobis designatorum, quam primum legitime efficiat, eosque motus et tumultus tempestive sedet et componat. Jusque suum, si quispiam se quoad successionem bonorum parte capitanei nostri rogoznensis relictorum, habere praetendit, legitima juris ratione in foro fori, et non vi et violentia prosequi istis occupatoribus persuadeat. Id vero levi negotio S. V. si vellet, effi-

ciet, etiam si officii sui jure hac in parte non utatur, pro ea auctoritate qua pollet, eaque necessitudine, quae illi cum illa altera parte ut accepimus, intercedit, quod ut faciat, eandem syncere iterum studio hortamur. Bene valeat. Datum Varschoviae die 25 Martii 1581. Regni nostri quinto.

Stephanus Rex.

Copia literarum a S. R. M. occupatores datarum.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc:

Generosi, fideles dilecti. Perlatum ad nos est F. V. post obitum generosi olim Christophori Sokołowski, capitanei rogoznensis praetense quodam successionis jure in praejudicium et injuriam proximorum nepotum ex fratre germano ejusdem capitanei defuncti progenitorum minorennium, ad quos, non vero ad F. V. successio spectat in bona morte ejusdem generosi Christophori Sokołowski relicta, atque in administratione tutorum, quos dictis minorennibus designavimus, existentia nulla legitima juris ratione, sed violenta occupasse. Quamobrem inter F. V., et designatos per nos tutores et propinquos dictorum minorennium motus excitari, remque ad dandos tumultus et excitandum guerras, pacemque publicam turbandam vergere, cui malore latius serpat nos pro auctoritate nostra mature obviam ire volentes, hisce litteris F. V. admovemus, videant quid faciant, ne illos sero tandem facti poeniteat, mandandum eisdem, ut bona post obitum defuncti Christophori Sokołowski relicta, quae ad proximiores nepotes minores pertinet, eorum tutoribus quamprimum cedant possidendum; et si quid se sorte sive ad successionem sive ad tutoriam eorundem minorennium habere praetendunt juris, non potius legitima juris ratione, et non vi, iisque artibus quae motus tumultus et guerras movere prosequuntur. Alioquin, nisi hisce motibus nostris salubribus paruerint, et guerrae aliquam inde suboriantur id totum mali in caput vestrum, ut pote illius autores redundaret Warschoviae 25 Martii 1581. Regni nostri quinto.

Stephanus Rex.

Litterae a S. R. M. ad D. Regni marsalcum.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc:

Magnifice, syncere nobis dilecte. Cum ex omni parte prospectum cupiamus Regni nostri quieti et tranquillitati, nunc maxima

im, Deo adjuvante, ad prosequendum bellum in Moscoviam pro-
ionem suscepimus, significandum duximus S. V. paulo ante dis-
sum nostrum ex comitiis warschoviensibus R^{mum} in Christo pa-
n D. Jacobum Uchanski, archiepiscopum gnesnensem, Regni no-
primatem sublevandorum gravissimorum onerum in decrepita
ate ac imbecilla valetudine sua causa accepisse in coadiutorem,
i dignitatisque suae archiepiscopalis R^{mum} D. Stanislaum Carn-
vski, wladislaviensem episcopum. In quem quidem nos lubenti
mo, quod ita sane expedire tam ecclesiae, quam R. P. judicemus,
cessimus: ac eundem certum et indubitatum successorem praefa-
D. archiepiscopi renunciavimus, quare, ne forte casu aliquo sub
entia nostra interveniente occasio hominibus inquietatis, aut re-
n novarum studiosis ad turbas excitandas bonaque ecclesiastica
trahenda detur. Hortamur S. V.; ut quando et ubi opus esse
: expedire judicaverit, de hoc nostro consensu ac renunciatione
rigenis majoris Poloniae et quibusvis aliis intimet, ac praedicto
episcopo in omnibus quae ad dignitatem ipsius tuendam. et ad
videndum integritati ecclesiae, ac bonorum mensae archiepiscopa-
indeminitati spectaverint, ne assistat, ac praesto adsit. Cohiben-
auctoritate, et brachio nostro regali cujuscunque status aut con-
ionis homines qui motus aliquos excitare aut bona ecclesiastica
adere, aut etiam praedictum D. episcopum, vel capitulum in ali-
o, quod ad ipsius novam ex voluntate nostra regia dignitatem,
ue adeo jurisdictionem spectet, impedire ausi fuerint. Hoc quia
V. magnae curae futurum sit, non dubitamus. Bene valeat S. V.
tum Warschoviae die 25 Martii. Anno domini 1581. Regni ve-
no:tri anno quinto.

Stephanus Rex.

Altera a S. R. M. ad D. Regni marssaleum.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc:

Magnifice, syncere nobis dilecte. Non ignorare S. V. arbitra-
r, quantos expeditio bellica aerarii nostri exhauriat sumptus; cum
o eo potissimum tempore nullae prorsus acquirendae pecuniae
persint, via non dubitamus, hac in re S. V. nobis operam suam
aestituram, et apud magnificum castellanum posnaniensem, una

cum generoso Joanne Ostrorog, pocillatore nostro, quem ea in causa illuc ablegavimus, omni conatu et studio acturam, ne ei expeditioni deesse nobis velit, faciet autem si persuaserit pro ea quantum sua magnificentia contractum habet necessitudine, nihil eidem arduum fore, quod causa R. P. et nostre faciendum sibi non putaret; faciet autem si aliquam pecuniae summam nobis pro usibus belli suppeditare non detraxerit, quam deinceps ex contributionum publicarum exactionibus ab ipso exactore posnaniensi, ad quem ea in re litteras dedimus, erit repetiturus. Ne vero aliquid contrahat, dubitationis prospiciat sibi quibuscunque voluerit litteris et inscriptionibus caveat, ne officium ipsius in rem ambiguam vocari possit. Syn. autem V. omnino probabit non modo aliquid incommodo eum percepturum, sed totum quicquid in R. P. et nostrum usum collaturus est, gratia nostra regia recompensaturum iri. Synceritatem autem V. interim diutissime valere cupimus. Datum Warschoviae 27 Martii, Anno Domini 1581. Regni nostri anno quinto.

Stephanus Rex.

Magnifice et genere Domine, et amice charissime!

Non dubito magnificentiam vestram recenti memoria tenere, quantum mihi dolori fuerit casus, M. V. id, quod praesens coram M. V. testatum feci. Cujus rei et illud argumento fuerit, ac testimonio evidenti, quod satis serio exequi curaverim ea mandata, quae a S. et S^{ma} M. R. Domino meo clementissimo missa fuerant, ut M. V. quantum primum libertati pristinae sine ulla obligatione restitueretur. Nec dubium est ea mandata suam executionem fuisse sortitura, nisi ea pacta intercessissent, quae interea inter M. V. et partem adversam intervenire. Id enim et mandatum S. R. nostri injungebat, et ipsa causae aequitas postulabat, cum privatam vindictam injuria jura minime approbent, verum cum his pactis et obligationibus intervenientibus aliquid oportuerit, ex hujus actionis cursu retardari; nihilominus rebus omnibus perspectis scripsi litteras ad S. M. R. quibus eam de toto hoc negotio feci certiore. Nec diffiteor me a S. R. M. hoc habuisse rescripti, ut admonerem hoc terrestre judicium, ut ab hujus causa judicatione supersederet, eamque ad proxime praetentia Regni comitia reiceret; cunque in iis ipsis comitiis praesens adesset

im obsequio et benevolentia erga M. V. incitatus, tum officio communi adjunctus, ut paci et tranquillitati nostrarum provinciarum uni ex parte consulatur: feci mentionem apud S. M. R. hujus ejusdem actionis ob ipsa vero S. R. M. id responsum accepi, ipsam iam S. M. caesarea de hoc negotio communicaturam, ut hujus actionis nomine commissarii ex utraque parte deputarentur, qui huic controversiae finem imponerent. Quid nam intercesserit, quominus a res suum finem sit sortita, plane ignoro. Existimo S. R. M. his bellicis expeditionibus occupatam, hujus negotii oblitam fuisse; raesertim cum pars altera non moneret, modo quod ad praesentis actionis progressum attinet vellem sane, ut ista juris molestia D. ozdrazewski liberaretur. Idem a me flagitat, et causae aequitas et obsequium erga M. V. accedente, et hac recenti M. V. et S. M. caes. postulatione, verum sine speciali mandato S. R. M. id mihi licere non licet, cum in jure nostro omnes inhibitiones sint penitus interdictiones. Nihilominus tamen iste iudicii progressus, qui in his proximis terrestribus iudiciis futurus est causae M. V. obesse non potest cum ad tribunal Regni in quamcunque partem sententia lata fuerit appellare, alterutri parti sit licitum. Pendente vero appellatione licebit M. V. hoc totum negotium ad ipsum S. R. M. deferre, quemadmodum et ego non praetermittam, quin de eodem negotio iudicium S. M. faciam certius.

Et tamen, ne parum postulationi M. V. et litteris S. M. Caes. tribuisse videar, ipse ad haec iudicia pisdrensia accedam, omnique diligentia curabo, ut haec causa in bono statu sit sita. Cupio enim et in hoc negotio, et in quovis alio M. V. meum studium et officium promptissimum et paratissimum deferre. Quam eandem diu felicem et incolumem valere cupio.

Radlini nonis Julii 1581.

Instructio generalis data Romam D. Łempicki, D. Staniewski
a R^{mo} D. nominato gnesnensi.

Inprimis S. S. D. N. litteras regias sigillatas, nec non R^{mi} D. nuntii exhibebunt, et postea nomine R^{mi} D. nominati litteras quoque eddunt pedes exosculabuntur, ac aliquot verba prolonquentur, quibus se ipsius antiqua et perpetua observantia erga S. sedem et studio

contestentur: nunc esse apertum campum latissimum, in quo et S. ecclesiae Romanae contestari studium suum, et in reducendis multis rebus ad pristinum statum in provincia ista guesnensi operam comprobare licebit: haeredicorum conatus reprimendi libertates ecclesiastica vindicando reformationes instituendae, negligentiae in Synodis celebrandis jurisdictione exercendo tollendae. Constitutiones synodales executioni mandando, praesertim sub foelici regimine S^mi Stephani Regis, qui, ut ipse, catholicissimum se exhibet, ita se clementer auctoritatemque suam dummodo tranquille quid perficere valeat, offerre solet. Quae omnia, quamvis magno labore difficultatibus et periculis innumerabilibus pleno sint, nihil tamen se deterrere patietur alij istiusmodi intentione, nec quicquam grave, aut molestum iudicabit in quo ecclesiae Dei incrementum (s.), sedis apostolicae debitum respectum, ac honorem referre possit; his quam modestissime productis, et nominatione agent, ac expediri se clementer, ac mature postulabunt nihil de gratia impetrantes, neque de aliis rebus in prima audientia perstringentes.

Prius autem cum illustrissimis cardinalibus: protectore, viceprotectore agent, et consilium ab illis capient, quando et quomodo de gratia circa expeditionem supplicandum sit, in quo tamen etiam ante expedienda erunt iudicia, et rescii adhibito ad partem consilio Petri Vulcanii, praesertim propter protectorem cancellarium, qui non lubenter detrahit, immo cavet, ne detrahatur iuribus cancellariae, aut officiorum proventibus. Ticinius etiam celandus est de gratia, cum et illi neque audeat, neque possit agere aliquid in diminutionem proventuum officialium, quod et officialis ipse sit et antiquus curialista, et perpetuo um illis ipsis mansurus.

Dextre igitur de ista gratia, et quam secretissime tractandum erit. Prius quoque conveniendum cardinalem Commendonem et Sixti et conueniendum cum litteris, quam ad pontificem eatur. Illisque generaliter saltim negocium confirmationis conueniendum.

Quando de gratia in expeditionis sumptibus impetranda agent sive cum cardinalibus, sive cum pontifice his rationibus maxime innitentur. Inprimis, quod sua S^{tas} aliis non paucis episcopis atque archiepiscopis ejusmodi gratiam declarare consueverit in Germania praesertim propter difficultates, et vanas oppressiones, quae fieri solent ecclesiis et ecclesiasticis bonis. At qui, si uspiam alibi in Regno Po-

iae nunc certe ecclesiasticus status in tanta perversarum sectarum rietate saecularium dissensione licentia hominum plurimum patitur rejudicii, ac detrimenti.

Decimarum solutio a paucis annis suspensa est, quae decedit mensae archiepiscopali circiter 12 milium florenorum. Bona prae- mensae archiepiscopalis, tantam patiuntur diminutionem ob pes- nam administrationem, quae intercessit sub senecta defuncti D. archie- scopi, ut passim omnibus constet, multis millibus redditus annuos esse ninutos, praeterquam quod alia damna, quae intervenerunt, interea nporis in ipsis bonis prope quadraginta millibus aureorum vix resar- i possent, ita ut saltim aliquo modo ad pristinum statum viderentur lucta. Alienata sunt oppida aliquot, et multae villae, molendina, lonii per donationes factas tam saecularibus, quam spiritualibus r arendas continuas subsecutae incredibiles oppressiones subdito- ni, propter quas ad extremam pauperiem plurimi devenerunt, mul- profugerunt, multi bonis spoliati sunt. Stagnorum ac piscinarum missiones factae, magnam partem emolumentorum mensae etiam traxerunt, non nisi magno sumptu refici ac repleti possunt. Si- iliter armenta, et pecora ex praediis, ac villis abacta, ad denuo emenda non parva pecunia opus est. Nec patitur moram ista pensa, cum in hoc Regno potissima pars oeconomiae ex armen- ac pecoribus constet. Borearum ac sylvarum devastationes ac cisiones, cum maximo ac perpetuo damno ecclesiae ac ecclesiasti- rum bonorum. In posterum etenim, tam ad usum domesticum, tam ad aedificia magna ac parata pecunia opus erit: qua expensa necessarios caruerunt. Ad hoc accessit, quod in omnibus locis illo omnino excepto, castra, domus, aedificia archiepiscopalia, ita nt destructa, ita desertata, cum nulla reparatio per hoc totum npus adhibita fuerit, ut ubique partim nova extrui, partim antiqua parari necesse sit, quod sine multis aureorum millibus perfici on poterit. Praeterea circa fines bonorum injurias varias tot damna rluca ut vocant lites intricatae ac difficiles sunt successori relictas, od aliquot causiditi per diversa loca hinc et inde mittendi, ad mul- s annos habebunt, quod agant neque res sine maximis impensis rtifici poterit. Et haec sunt ex privatis causis incommoda ac impe- menta. Num minora vero ac pauciora sunt ex publica temporum juria. Neque etenim ad huc homines respirarunt ab incommodis

et calamitatibus, quibus passim totum Regnum afflictum fuit su interregnis per aliquot annos intercesserunt, item pestilentiae, qua villas et oppida desolarunt, Conflagrationes item, sive incendia saep sunt in multis locis horum bonorum grassantia. Inundationes etiam aquarum his proxime praeteritis annis praeter solitum creberrima incursiones ac damnificationes vicinorum nobilium, qui in bona spiritualia inhiare, eaque vellificare consueverunt. Contributiones Regni consensu laudatae, quae per viginti continuos quasi annos colonos et subditos mirum in modum exhausserunt, et hucusque exhauriunt Militum expeditiones, qui durantibus istis bellis S^{mi} Regis per singulos annos non modo cursitando villas et oppida affligunt, sed etiam stationes diuturniores in bonis spiritualium locando, maximis damnis ac direptionibus afficiunt. Praeter haec omnia R^{mo} D. nominato Archiepiscopo incumbit, juxta statuta provincialia pro anno Gratiae dimidium proventuum anni praesentis successoribus defuncti archiepiscopi reponere in numeratis pecuniis. Secundum consuetudinem Patriae, cum primas ac primus princeps Regni nominetur, et sit primus senator solennem ingressum cum magna caetera senatorum saecularium et nobilitatis suae diocaesis, et vicinorum et propria insigni ad ecclesiam suam, et item ad arcem lovicensem archiepiscopalis residentiae, locum instituere tenetur sumptu et impensa non vulgari, quae necessario facienda est, et propter auctoritatem antecessores suos imitando conservandam, et propter conciliandos praesandosque (s.) alios hominum, tam senatorii quam equestris ordinis. Neque hoc silentio praetermitti debet, quod sub praetextu praetensae cujusdam coadiutoriae R^{mi} olim D. archiepiscopi Magnificus D. Stanislaus Carnkowski oppidum Znino cum consistentibus villis propria ecclesiam metropolitanam gnesnensem vi occupat, et tenet claves archiepiscopalem non contemnendi redditus, de cujus possessione cum vi non liceat, neque sane expediat R^{mo} D. nominato illum expellere sive jure, sive alio quocunque modo experiendum erit, non sine maximo sumptu et labore bona haec recuperari poterint. Similiter oppidum Kuczelow cum aliquot itidem villis D. Joannes Thenczyski, castellanus wojnicensis, viro nobilissimae ac potentissimae familiae privilegio quemadmodum praetendunt, per R^{mm} demortuorum donatum.

Et clavis itidem conari cum magnifico D. Paulo Uchanski per eundem donata.

Itidem aliquot villae N. Ciołek privilegio item concessio datae, quae quidem bona cum vi occupata teneantur a viris potentibus actiosis ac clientelas nobilitatis post se trahentibus absque maximis sumptibus et difficultatibus recuperari, et quidem non tam cito poterint. His igitur respectibus R^{mi} D. nominati nomine petent, ut S. D. N. et gratiam in impensa expeditionis, sive in taxa faciat, quod saepe alias ex benignitate sua fecit, et unius anni proventus non praesentis cum jure statutorum nostrorum ad ipsum jam pertineant, sed proxime futuri ex episcopatu wladislaviensi auctoritate apostolica percipere permittat, consentiente praesertim ad hoc S^{mo} Rege, non tot incommodis et calamitatibus tam R^{mo} ipsi, quam ecclesiae et ecclesiasticis bonis subvenire cupienti. Neque retentionis litterae sive bullae expediendae erunt, quod sumptuorum est, sed saltem breve apostolicum impetrandum, per quod S. D. N. indulgeat ad intercessionem Regis R^{mo} D. nominato auctoritate apostolica ex dignis et certis respectibus percipere, omnes et singulos proventus episcopatus wladislaviensis ac Pomeraniae anni proxime venturi, terminum praefigendo ad festum S. Joannis Baptistae in anno 1582.

Et quia alienationes bonorum per 6 men: D. archiepiscopum factae sunt admodum detrimetosae R^{mo} D. nominato et pessimam sequellam inducunt in futurum: ad praecedendas omnes difficultates quae inde emergunt ac incommoda supplicetur S. D. N., ut per breve committat R^{mo} D. Lucae a Coscielec, episcopo posnaniensi, Stanislawo Crasinski archidiacono cracoviensi, Konarski, . . . wladislaviensi, Faelici Pomorski, I. V. doctori, archidiacono psczezensi in ecclesia cathedrali posnaniensi cum clausula non obstante inius aut duorum absentia, ut hi loco destinato et tempore, omnes quicunque donationes ac privilegia a R^{mo} olim D. archiepiscopo obtinuerunt, cittent. Privilegia sibi exhiberi mandent, eas revideant, et diligenter ex praescripto canonum ac statutorum provincialium, etque capitularium per ordinarios juramento firmari solitorum dispiciant, quae privilegia ejusmodi donationum, robar ac firmitatem obtinere debeant cum facultate rescindendi, et omnia et singula quaeunque juribus ac statutis contraria, nec non in praejudicium successoris fraude aliqua, vel circumventionem facta, animadverterint. Nar-

ratio autem brevis istius inde servari potest intellexisse fide dignorum relata S. D. N. R^{mum} olim Jabobum Uchanski archiepiscopum gnesnensem, serio jam confectum, valetudine debilem, sensibus animi et corporis deficientem moribundum, et quasi eorum omnium quae ageret ignarum, suggestionibus avarorum ac ambitiosorum quorundam hominum multas et magnas alienationes fecisse, in magnum praejudicium successoris sui et evidens detrimentum ecclesiae, nec non pessimum exemplum etc: ideo etc: Obtinenda erit facultas ordines sacros extra tempora per R^{mum} D. archiepiscopum ipsum conferendi ex causa necessitatis, quae est maxima sacerdotum in hoc Regno. Et quia saepe huc veniunt ungari ad ordines accipiendos, qui dimissoriales habere nequeunt, cum neque ordinarios multis in locis habeant, neque officiales et haeresibus infecta sunt loca, pleraque saltim testimonia adferunt tam spiritualium, quam saecularium personarum de genere, vita, et catholicae fidei professione praesentationes itidem ad quaedam beneficia a saecularibus, ideo petenda erit facultas à S. D. N. ejusmodi personis, et per se et per suffraganeos suos de commissione tamen scripto data, ordines tam minores, quam majores conferre. Petendum, ut S. D. N. R^{mo} D. archiepiscopo gratiam hanc per breve det, ut possit auctoritate apostolica dare facultatem personis, quos in doctrina et pietate probatos invenerit absolvendi haereticos ab haeresi, et ea lectione librorum haeticorum, necnon legendi libros haeticos ex causa, quod creberrimi sint isti casus, neque omnes velint aut etiam possint ipsos ordinarios ad absolutionem petendam accedere, plerosque itidem inveniri, quos pudeat ab aliis quam a sacerdotibus privatis, probatis tamen, absolutionem petere. Multi quin etiam sacerdotes, vel ex imprudentia, vel ex ignorantia, vel etiam quod aliter facere non possunt cum illis in vicinia, atque familiaritate cohabitantibus, libri obiciuntur, vel latina vel vulgari, aut germanica lingua scripti, ab haeticis eos legunt et ex communicationem incurrunt, quam etiam saepe sustinent vel ea propter quod ubi petant absolutionem, nesciunt, et urbem accedere nequeunt.

De collegio, aut seminario utrum magis expedire visum fuerit in archiepiscopatu metropolitano erigendo, ac fundando, agendum cum illustrissimis cardinalibus Labelio: Comendone, S. Sixti consilium eorundem et favor expetendus. Et item cum patribus societatis sive

mo patre generali. Supplicandum erit post omnes alias expeditiones S. D. N., ut cum videat R^{mm} D. archiepiscopum eo esse animum et voluntate praeditum, ut viros pios, doctos, et bonos, quorum aeterna semper stipendiis sese decrevit, ad se trahat, et illis provideat: neque tum id praestare posse, nisi accedat gratia specialis S. D. N. in mensibus apostolicis illius collationi concedendi, praesertim quod . M., et multa beneficia in archiepiscopatu juris patronatus sui obtineat, et plerunque pro multis ad D. archiepiscopum intercedere soleat.

Aut igitur S. sedes concedat facultatem conferendi beneficia in archiepiscopatu apostolico vacantia R^{mo} D. archiepiscopo post expirationem alienationum S^{mi} Regis, quod saepe alias et proxime defuncto D. archiepiscopo concesserat.

Aut certum numerum, tam in metropolitana gnesnensi, quam in collegiatis assignet. Aut si ventrum (s.) horum obtinere possit, ut ultim jubeat benigne nationem haberi personarum, quorum nomina S. D. N. offeruntur, ut primae vacantiae in diocesi gnesnensi non illis quam illis in urbe conferantur. R. D. Stanislaus Rescius commendatur ad aliquam praelaturam, vel canonicatum in quacunque collegiata archiep. gnesnensis vacantem mense apostolico. D. Hieronymus Powodowski, cantor posnaniensis, ad canonicatum vel praelaturam in ecclesia metropolitana gnesnensi. D. Jacobus Lempicki etc.

De religionis statu, ac haereseos informandus erit S. D. N. et accipui cardinales nomine R^{mi} D. archiepiscopi juxta particularem instructionem cum consilio et scitu D. Rescii, a quo singula diligenter descripta, ut adferantur, sollicitetur.

De parte Edmundo, ut sint informati, quo possint reddere rationem, ac respondere pro loco, ubi usus venerit. Nimirum quod auctoritatem sibi concessam in derogationem loci ordinariorum statutorum provincialium per S. sedem approbatorum multa attulerit, multa perturbaverit, et nihilomeliorum statum monachorum locorum reliquerit, qua de re communicandum erit cum R^{mo} D. episcopo plocensi.

De confirmationibus apud S. sedem obtentis ad alienationes actas R^{mi} D. archiepiscopi defuncti diligenter indagandum, et copia commendanda: ut falsa narratione demonstrata rescisio, vel revocatio retineri queat.

Hac priori instructione non contentus, D. archiepiscopus ti mens, ne electio regis praeterita aliquam ei difficultatem in urbe crearet, ad confirmationem obtinendam hanc ineptissimam instructionem misit iis, quos Romam ablegaverat pro obtinenda confirmatione.

Postquam divina clementia Serenissimique Regis mei beneficio ad sanctam metropolitanam gnesniensem ecclesiam sim nominatus atque electus, quod canones sacri ecclesiaeque laudabilis consuetudo postulabat, ut ad S. D. N. pro approbanda confirmandaque electione mea nuncios mitterem, id faciendum non neglexi R^{dos} que viros D. Jacobum Lempicium J. V. doctorem S. R. M. secretarium nostrumque cancellarium, ac Albertum Staniewski in eam rem mitto, qui ubi in urbem venerint haec nomine agent nostro:

Primo subjectionis, atque obedientiae nostrae debito exposito fidem, studium, observantiam, cultumque in eam nostrum S. sed commendabunt, faustaque omnia ac felicia precabuntur.

Illustrissimis quoque D. cardinalibus, praesertim vero protectori et aliis dominis meis observantissimis officia mea studiosissima, per quam reverentur, disserent.

Deinde a S. D. N. humillime petent, ut translationi isti nostrae benigne annuere confirmationisque litteras de super concedere dignentur, et ut mei benigna ratio in moderandis impensis habeatur. diu genter contendent.

Ponent ob oculos ejus S^{ti} illustrissimisque D. cardinalibus immensos plane sumptus meos, quos ab eo statim tempore, quo in episcopatum vladislaviensem assumptus sum, tam pro ecclesia Dei, quam pro R. P. alacriter fecerim, nam cum Gedani per totamque meam Pomeraniae meae diocesim ecclesias ab haereticis occupatas vindicare cupio, commissionis in Prusiam onus a S^{mo} olim Rege demandatum non gravatim in me recepi, ut regia armatus potestate facilius religioni catholicae consulere possim. Et certe, nisi malevolentia quorundam obstitisset non inanus fuisset ille conatus noster: haec autem non omnes alicue (s.) tamen ecclesiae sunt recuperatae, nonnullae contra vim et libidinem haereticorum munitae, catholici certatim omnes, quorum adhuc, per Dei gratiam, non exigua est in ea urbe

rs, ita sunt confirmati, atque corroborati, ut in dies major eorum
escat numerus. Hac in commissione, dum integrum prope annum
iereo in urbeque inimica mihi versor, quos quantosque sumptus
e facere oportuit, facile quivis aestimari potest. Interregnis porro
tis duobus, quam sim exhaustus dicere difficile est, sed si quis
irsationes meas pro libertate ecclesiae (quae tum validissimis arie-
us in primatu archiepiscopi oppugnabatur) factas cogitaverit, si
antum in sublevanda catholicorum nonnullorum, quorum opera
eclesia Dei profutura (s.) videbatur, aeris difficultate expenderim explo-
tum habuerit, me ille non miraretur cum me non modo exhau-
um esse, sed ingens etiam aes alienum contraxisse profiteor. Ut
terim sumptus in parochos diocesis meae factos taceam. Nam
im episcopatus meus pro omnibus aliis haereticorum labe infectus
t, decimeque prorsus ac proventus omnes parochialium ecclesiarum
nciderint, nullam tamen ecclesiam parochialem modo extra haere-
corum sit potestatem absque sacerdote videre licet me omnium
opiam liberaliter sublevante. Huc accedit archiepiscopatus bona
lurima alienata maximis difficultatibus, ac litibus implicata proven-
is imminuti atque accisi.

Haec cum exposuerint, non dubito S. ejus pro aequitate sua,
tque clementia benignam moderationem impensarum adhibitarum,
uando in eam aeris difficultatem non ulla mea pro digalitate non
atrum propinquorumque ditandorum, cum enim ne nummo quidem
tiores adhuc sunt facti, sed solo ecclesiae Dei R. P. que nostrae
ivandae studio sim conjectus.

Quantum autem S^{tas} ejus ea in re gratiae mihi exhibuerit, tan-
im profecto in me studii, atque alacritatis ad subeunda quaeque
ro ecclesia Dei excitabit, ut non tam in me, quam in ecclesias
mque P. istius Regni liberalis jure merito videri possit. Dum autem
aec nuncii nostri agent, non minore quoque studio ac fide cura-
unt, ut si qui isthic fuerint, qui nostram apud S. ejus illustrissi-
mosque D. cardinales existimationem traducere voluerint, totius vitae
ostrae anteactae, omniumque in R. P. consiliorum rationem reddant.

Ubi enim haec S. ejus probe constiterint inimicorum meorum
erba non facile fidem repertura confido. Principio itaque ostendent
ie nunquam archiepiscopatum gnesnensem ambivisse, neque unquam
d eum locum pravis artibus aspirasse, immo aliquoties oblatum re-

cusasse. Nam cum post scisma illud warschoviensem Andrejoviae frequens equester ordo senatorumque quam plurimi convenissent atque etiam ego certo, et ut postea apparuit salutari consilio ei conventui adfuissem, omnium plane consensu archiepiscopatus gnesnensis ad me deferebatur, atque ita deferebatur, ut quantum pro communi libertate, tantum pro mea dignitate laboris, atque periculi nobilitas illa tum libenter susceptura videretur, sed mihi ecclesiae libertas, quam mea dignitas majori fuit curae, itaque archiepiscopatum delatum recusavi, et mitius cum his quia nobis in electione dissentiebant ageretur, auctor fui perfecique, ut ex eo conventu ad archiepiscopum totam illam factionem honorificentissima legatio quae, illum ad coronationem regis Andrejoviae confirmati invitaret (s.) mitteretur. Ad coronationem autem cum non venisset, tota tremebat nobilitas et de abrogando ei archiepiscopatu mihi que conferendo constitutum fuit coronandi quoque Regis mihi potestas delata illud ut iniquum et turpe ordinique nostro periculosum, rejeci. Hoc autem, quia dissidii componendi spes omnis in celeri regis coronatione posita videbatur, sum amplexus adhibita legis de coronatione regum ejusmodi interpretatione, quae et dignitatem archiepiscopi non convelleret, et in posterum illi desidii alendi facultatem omnem praecideret.

An vero prudentius fecissem si pro archiepiscopi dignitate decertans alteri electo spacium in regnum veniendi dedissem, ut pro electoris dignitate ad arma prorumpentes mutuis vulneribus concideremus. Cum autem R. M. nonnullorum haeticorum suasu, ut etiam omnia non immerito suspecta fuerant gubernatorem quasi deliranti archiepiscopo adhibere vellet obstiti et ne tantum sibi in ordinem sacrum usurparet monui, moderatioraque subministrationi consilia, quae princeps sequutus est fidem archiepiscopi atque studium sibi conciliavit, et dignitatem ejus sartam tectam conservavit tum commite enim Thenczino ad archiepiscopum oblegato nuncius ejus fidenter atque subjectionem ejus nomine M. R. deferens rediit. Ita ego licet in illa perturbatione R. P. toties mihi archiepiscopatus gnesnensi potiundi primique in R. P. nostra loci occupanda facultas sese offerret quid ecclesiae Dei qua quid rebus meis expediret, et magis prospexi. Nunc autem non modo nihil tale exspectanti sed ne cogitanti quidem munus hoc mihi S. R. M. summa cura advitente delatum cum sit, ut vivente adhuc archiepiscopo, adjutor et successor eju

signarer; qua nam ratione quisquam et me ambitionis accusare et M.^{ti}s consilium reprehendere possit, non video. Tot enim tanque consilii habuit R. M. rationes, ut nemo plane nisi recors fuerit identissime ab ea factum esse, Reique P. optime consultum esse gare audeat.

Duo ille animo versabat alterum, si quid sibi humanitus accisset alterum tempore hoc quo contra Moschum in bello a Regno futurus esset utrumque plenum difficultatis, utrumque plenum peruli nisi in Re P. is esset qui ad omnes casus repentinos senatum invocare et ne quid detrimenti R. P. caperet in omnes partes proferre possit. Cum autem uni archiepiscopo, absente rege, potestas eorum legibus Regni concederetur, ut utrique rei pro suo in R. P. notam amore prospiceret, per legatum suum cum R^{mo} D. archiepiscopo diligenter egit, ut me cujus consilia semper Reip. addicta esse non ignorabat, in coadiutorem, atque successorem sibi legeret, atque optaret, neque nisi re perfecta conquievit in exituque comitiorum in meum coadjutoriae in senatu publicari mandavit, et cum solutis mediis Czarncovius praetextu cujusdam coadjutoriae, quae tamen non revocata fuit moliri nescio quid in archiepiscopatum diceretur, libellum ad illum dedit ejusmodi quibus ei et mentem aperuit suam et quid se absente in archiepiscopatum machinari audeat nisi in se imadverti velit severe interminatus est, ad vicinos quoque palatium, ut pote posnaniensem, ravensem, marschalcumque Regni litteratae, ut si se absente archiepiscopum e vita decedere contingeret, minem praeter me archiepiscopum gnesnensem primatemque Regni noscerent: is enim in Polonia mos est, ut episcopi omnes simul etque nominati fuerint loca in senatu praerogativasque obtineant. Et cum R^{ae} M^{ti} vix dum Lithuanie fines ingresso de obitu archiepiscopi nuntiatum esset, me non postulante per hominem suum in meum magnificentum D. Franciscum Wesselini, secretioris cubiculi praesidentem, litteras novas nominationis, seu praesentationis, mihi Locum funus demortui archiepiscopi ex testamento procuranti sit.

Ex his autem quibus facile intelligere potest, mihi in assequendo archiepiscopatu non cupiditatem, non ambitionem, non malas artes, sed divinam providentiam, sed regium favorem constanti in eum meque. fide collectum suffragata fuisse, ut graviter cum impuden-

tem esse oportuerit, qui me apud S. sedem hoc nomine traduceret voluerit.

Sed audio esse nonnullos qui me et M^{tem} sedis apostolicarum comiter his duobus interregnis conservasse insimulant, quod singularem quandam sententiam et fermè semper a totius cleri Polonici atque adeo Sedis S^o nunciorum sententia diversam in electionibus regum sum sequutus tamen et iis si rationes consiliorum meorum tenuerint abunde me satis facturam non dubito.

Optimo cuique civi et in R. P. versanti duo praecipue spectanda esse existimo: alterum ut omnia sua consilia ad salutem Rei P. referat incolumitatemque civium tanquam scopum aliquem propositum habeat, in quem omnes curas suas, omnes cogitationes defigere alterum, ut in his quae salutaria esse judicaverit inducendis summa utatur dexteritate, hoc est vim et temeritatem in consilium non adhibeat, studia voluntatesque hominum diligenter inspiciat, ut consilia sua moribus atque studiis populi accomodans instituto vellificet suo. Haec qui teneat, cum secure navigare portumque contingere. qui vero affectibus suis indulgere qui aliorum omnium rationes ad suas revocare voluerit cum non modo operam perdere, sed etiam Rem P. conturbare navimque saepius, ut ajunt, in portu evertere. Has me regulas in utraque electione consiliis adhibuisse meis demonstrare possum, utroque enim interregno non eum qui mihi obsequens futurus esset, aut qui meos ditaret, sed qui pietatem, qui catholicam religionem coleret, qui justitiae prudentiaeque laude floreret, animam designabam, sed ita designabam, ut nunquam aliorum sententias, aut praepjudicandum, aut vim inferendum esse existimarem. Cum vero prima electione clerum universum in Austriacam familiam propendere viderem, atque in ea omnium illarum virtutem domicilium collocatum esse cernerem, jam omnino illi me adjungere decreveram. Nihil enim nobis summo isto consensu pulchrius (s.), nihil ad stabilendam ecclesiae Dei rationes accomodatius cogitari poterat, sed dum senatus maximam partem, dum equestrem ordinem ferme totum germanicum hominem perhorrescere, omnesque illos qui Austriacum promovebant pro hostibus communis libertatis haberi animadvertito imprudenter, ne dicam impudenter me omnino facturum videbam, si odium invidiamque, qua clerus in hac summa religionis perturbatione laborat promotione nominis invisum cumularem.

c tempestateque itaque illa Rei P. mea moderatius consilia vello, i laudem pietatis ac rei militaris habeat, et in quem equestris ordi- s praecipua pars propedebat meum adjunxi studium idque ut et i episcopi facerent effeci, ut quod mirifico illo totius nobilitatis con- nsu necessario vobis faciendum esse videbatur, id consilio arte- rtentes favorem nobis conciliaremus. In qua quidem electione astrissimi D. cardinalis Commendonis non possum prudentiam ani- que moderationem summam non vehementer laudare, que tunc ud S^{tae} sedis legatum a latere agens, ita se invictum ad artes nbientium praestitit ut etiam intimi ejus cui magis faveret anima- rterere non potuerint. Pro autoritate apostolica, ut catholicum gem nobis eligeremus neutri se parti adjungens quemadmodum blice, ita et privatim adhortabatur. Porro in hac electione, quid peritur quae sit causa in quo M^{tem} apostolicam offendisse credere ossim, quando quidem id ipsum curaverim, quod S. sedes experierit : nimirum pium et catholicum haberemus regem. Sed in altera rtassis pecasse videbor, in qua nuncius ejus S^{tis} aperte caesari fa- xbat et eam esse S^{tae} sedis voluntatem publice asserebat, ut ne in ium praeterquam in caesarem episcopi sua conferant studia. Fa- or me illi non esse obsequutum, sed cum ratio mihi constet con- llii mei, et ecclesiae Dei non male consuluerim, non dubito S. sedem . mihi vitio non versuram quod licet diverso itinere, eodem tamen uo et ipsa tendebat pervenerim, quod ut facilius intelligatur res mi- i est paulo altius repetenda. Cum R. P. nostra ex procellis illis tque turbidinitibus infausto illo ac nobis acerbo Regis Henrici disces- u excitatis sese recolligere inciperet, comitiaque Warschoviam ad igendum Regem omnium ordinum consensu indicerentur, ad ea ve- ire non placuit, tum quod jam omnia Reipub. negotia in summam ividiam adducta essent, tum quod partium studia, atque contentio- es ita exarsissent, ut rejectis consiliis, locum in illis comitiis non fu- irum, facile omnes cernerent, utinam vero falsus fuissem vates quemcunque enim Regem illa comitia pertulissent cum ferre animus ait sed opinio non fefellit me mea. Nam archiepiscopo cum mul- s proceribus partes caesaris nimio plusquam par erat, invita nobi- tate fovente, et cum in Regem licet major comitiorum pars dissen- ret renunciante scisma, ingens est subsequutum senatoribus prae- ipuis et equestri ordine universo liberae electionis sibi potestatem

ab archiepiscopo praepropera renunciatione eripi conquerente ut itaque jus suum tuerentur, alium eligunt Regem literisque per omnes provincias quibus comitorum rationem describebant dimisit ita nobilitatem totam hoc facto exacerbata in odium archiepiscopi, atque adeo totius cleri concitarunt (s.) ut quasi signo dato per omnes conventus ad arma conclamatum Andrejoviamque concilium armatum indictum, solutis conventibus ad diripienda bona ecclesiastica haeretici simul, et catholici discurrentes vastitatem agris maximam intulerunt. Haec ego dici non potest quanto cum dolore audiebam nullumque non movi lapidem, ut reconciliatis animis ad novam procederetur electionem, ut pedibus archiepiscopi advolutus, per sanctissimam Christi D. Nostri passionem eum obtestarer majorem salutis patriae, quam victoriae rationem haberet sed vincendi studium, vel saluberrima aspernabatur consilia. Illud tamen sum assecutus, ut invidiae incendium illud, quo ob regis Henrici discessum citra omnem meam culpam vix non conflagraveram restinguerem, et cum me neutri parti addictum esse viderent consilia mea respectabant meque ad societatem suam diligenter invitabant. Hic ego quid facerem ancipiti cogitatione distractus haerebam pro parte caesaris archiepiscopum, clericumque universum, ac majorem senatus partem; pro transilvano autem senatores quidem paucos sed nobilitatem fere universam, quae robur est Regni stantem videbam, ad illos autoritas ordinis ecclesiastici totiusque christianitatis commodum me vocabat; ad hos autem me furor atque potentia retrahebat qui citius extrema quaeque perpessuri quam imperium austriacum laturo esse viderentur. Et quot magis me conturbabat, animumque discruciebat meum, illum andrejoviensem conventum ad perniciem ecclesiastici ordinis indicum esse cernebam, cum non obscure haeticorum antesignavi oblatum, sibi esse evertendae ecclesiae Dei occasionem praeserferrent (s.) excidiumque toti clero minitantium voces passim audirentur. Quod itaque pastorem, quod episcopum docuit bonum salutem ecclesiae periculis anteponens omnibus in furorem illum mediaque me intuli arma Andrejoviamque non multo committatu veni—ubi qua animorum alacritate me munerosissimus ille equitum numerus ad quadragintum millia convenerant reliquis copiis per provincias subsistentibus, et motum caesaris expectantibus exceperit dici non potest palatinus certe cracoviensis cum mille praecipuorum equitum committatu stipatus obviam mihi ad quintum usque lapidem progressus, maxime-

te verborum honore adventum meum totius nobilitatis nomine gratuas tanquam aliquod numen caelitus oblatum in hospicium deduxit, sinlisque postea diebus ad consilium publicum proficiscentem est communitatus, adventum autem isto meo quantum ecclesiae Dei commoverim, aliorum esto iudicium mihi quidem videor, et odium cleri strinxisse, et ejus rationes labefactatus, maxime confirmasse. Nam archiepiscopo missis ad eum legatis qui eum ad coronationem Regis invitarent, dignitas servata et direptio illa bonorum istorum editio publico, paenaque in grossatores gravissima constituta, est inhibita. Protestatio quoque a me contra formam iudiciorum inperniciem regi sub interregno constitutam facta, atque ab omnibus me aliter electionem Regis moderni consentire nolente, admissa in actaque publica relata, quae quantum postea in comitiis ante triennium celebratis, ordini nostro ad constituendas res suas momenti attulerit, reserta experti sumus, stante si quidem illa protestatione neque sub interregno iudiciorum invito clero inductam retinere, neque novam nisi misso in societatem clero statuere ordines potuerunt, qua societate iudiciorum ita res nostras constabilivimus, ut nunc primum bonis clasiasticis contra vim et injuriam, praesidium comparasse videamur. Is cum sit dissentientis meae sententiae fructus, quem omnes regi experierunt, quem etiam ipsa sedes S. pro sua, quam gerit, ecclesiarum cura et solitudine non potest non probare, cum neque sit ictus tam Rei P. quam ecclesiae Dei saluberrimus. Cur existimatio mea hoc nomine apud S. Sedem sit traducenda et vellicenda non video, nisi fortasse quispiam rei a se male inconsiderateque gestae culpam in me depellere velit ut haec minime subsequuta fuissent, tum nisi fallor uberrimum ecclesiae Dei consiliorum meorum offert fructum, cum is Polonia regnet, qui et in Deum pietate singulari ut catholicae religionis non modo tuendae, sed etiam propagandae studio ita sit inaccessus ut sanguine vitaeque sua pacem, atque tranquillitatem ecclesiae Dei libertor (s.) representaret. Quam in rem tantum opere, atque studio contulerim, aliis aestimandum relinquo, laudando quidem et adventanti primum in Regnum sacerdotes moribus et doctrina praestandum, (s.) qui, illi a sacris essent obviam miserim, per nuncios meos diligenter cum egerim, ut si divinum humanumque favorem sibi colligere voluerit catholici principis, et nomen et personam statim indueret, neque ad negocia publica, nisi audito saopo procederet; a coronatione autem statim illi theologum doctissimum

et eloquentissimum, qui mihi a concionibus fuerat, ut illi quoque a concionibus esset dedi, ipseque per annum fere integrum nusquam a latere ejus discessi, donec et in solio, et in religione catholica jam confirmatus, et corroboratus esse videretur.

Haec cum me a suspicione neglectae M^{tis} vindicent, tum veram illam religionis meae puritatem abunde testatur, monasterium nimirum Gedani recuperatum, atque ita sumptu impensisque meis constitutum, ut hoc anno ad duo millia haeticorum sese ecclesiae catholicae adjunxerint. Tempa in oppido Nove ab haeticis vindicta, religionique catholicae restituta testantur, qualia cunque scripturae meae dotationesque ecclesiae vladislaviensis per me facta testantur et assidae in senatu cum haeticis concertationis.

Quae omnia in ideo commemoro, quod me S^{mae} saedi vendicare velim, sed, ut meum studium in ecclesia, atque vigilantia istius innotescens meam innocentiam cum apud S^{mam} Sedem illustrissimosque D. cardinales, tum etiam apud omnes bonos tueri et defendere omnemque suspensionem objectorum criminum depellere possit.

Stanislaus Carnkqvius, episcopus vladislaviensis, nominatus et electus archiepiscopus gnesnensis et cetera manu sua scripsit. (s.)

Die 14 Januarij anno 1681.

Comitia sveto more invocato prius divini Numinis auxilio a Electione novi Mareschalli aut Directoris Nunciorum initium sumpserunt, quae ad mentem S. R. M^{tis} cessant nulla suboriente difficultate huic muneri pluralitate votorum suffragante Lubomierscius Vexillifer Regni, Eques Melitensis (Cadentia in minorem Poloniam incidente) admotus. Qui directionis Nobilitatis suscepto officio Juramentoque fidelitatis juxta Rotham et formam Constitutionibus Grodnensibus inditam, praestito, actis pro tanto munere sibi collato gratijs, Nuncios ex Ordine Equestri ad S. R. M^{tem} deputandos proposuit. Nunc

a S. R. Mte responsum retulerunt: Pergratum S. R. Mti accidis-
accepta notitia concordi omnium suffragio Directorem Nunciorum
ctum; sperare se et augurari posse omnia feliciter in commodum
publ. cessura. Nec defuturam Paternam S. R. Mtis curam in
n operoso Reipubl. negotio. Crastina luce ad excipiendam per-
ictandorum Comitioram Propositionem remotis omnibus difficultatibus
Directore invitandos.

Director Nunciorum accepta S. R. M. de latione clementi,
cessit voluntati Regiae svadendo Nuncijs a Primordijs Comitia in-
oanda. Interea Nuncijs diversa sentientibus haec displicuit inductio.
ii prius alias difficultates removendas: hospitiolum incommoditatem
imariae imusando; hancque removendam modo adinvento et hos-
ia Nuntijs debita per deputatos restituenda urserunt. Et sic Dire-
ore desiderijs ex aequo satisfactionem dandam promittente nullaque
a inducta controversia pacifice soluta sessio.

Die 10 Ejusdem.

Nunciorum Wolhiniensium desiderijs satisfactum cautione ab
questri Ordine data anteriores Constitutiones ratione praetensionis
ntra Lithuanum Exercitum reassumendae Commissionemque desi-
andam. Et sic nulla alia incidente difficultate praeliminaria expe-
uri in Senatu comparuerunt.

Pacta itaque Conventa cum Regia Mte et Republ. tempore
ectionis inita, in praesentia omnium ordinum perlecta, quorum se-
m retexere supervacaneum visum, si quidem in Volumine Legum
periuntur. Illorum cognitio si necessaria fuerit ex Polonico trans-
menda idiemate.

Distributio beneficiorum vacantium deliberationi Regiae Mtis
bjepta. Senatus consultorum ratio reddita semotis omnibus arbi-
s et Censoribus.

In 1^{mo} Senatus consilio expedito Grodnae Generali ordinum
nventu Villanovae conclusum ad summum Pontificem, Imperato-
n; Reges et Principes Christianitatis Legatis et Ablegatis aerario
blico exhausto e Summa Moschovitica Grodnam transmissa sum-
us dandos. Principi Radzivilio injunctum, ut Summo Pontifici, qui
n tantum inter purpuratos Patres hactenus existens sed ad sum-

num Pontificiae dignitatis evector fastigium tanta praestitit beneficia et ad salvandum antemurale Christianitatis et exterminandum Christianitatis hostem curam gerit et sumptui (uti toties per Illustrissimum D. D. Nuntium apostolicum declaratum) subministrare clementer paratus, humillimus agendas gratias, submisso petendo, ut Reipublicae in angustijs constitutae, Imperatori, Regibus et Principibus Christianitatis stimulum ad suppetias ferendas dando succurrere velit. Alijs Legatis et Ablegatis ad suppetias ferendas dando succurrere velit. Alijs Legatis et Ablegatis ad suppetias petendas a Regibus et Principibus externis contra Turcum in Commissis datum.

In 2^{do} Senatus consilio Principi Radzivilio in Legatione existenti, sibi ampliorem Instructionem transmittendam expostulanti, Responsum ex senatus Consilio datum, priori inhaerendum et nihil amplius requirendum.

In 3^{to} Senatus Consilio Propositio inducta de foedere Moschovitico et conjunctione armorum. Conclusum: Provincias certas in precium foederis restituendas, demum armorum conjunctionem faciendam.

In 4^{to} Senatus Consilio propositum de Cosacis Zaporonensibus. Conclusum illos omnes ad Reipublicam obsequiam pronos; muneribus ab alieno dominio et quidem indebito abstrahendos.

In 5^{to} Senatus Consilio propositio facta de Tartaris Reipublicae semper infestis. Conclusum: Principem Tartarorum muneribus delinendum. Ablegatos honorifice tractandos et in spe majorum munerum Tartaris juxta pacta praestandorum retinendos.

In 6^{to} Senatus Consilio Warsaviae praesentibus Senatoribus et Nuncijs terrestribus iuxta praescriptum Constitutionis Grodnensis propositum de pace aut bello contra Turcam amplectendo.

Conclusum: Nunc nullo per Legatos et Ablegatos de Principum externorum auxilijs, habito indicio nihil certi decidendum; sed habita auxiliorum ferendorum notitia, subsequentibus in Comitijs, quae Reipublicae visum fuerit statuendum. Summi Pontificis benevolam declarationem toties innotatam, grato suscipiendam animo. Nec externorum Principum auxilia exemplo Sanctissimi praecedente defutura.

In 7^{timo} Senatus Consilio praetensiones Svetiae propositae nimirum. Tormenta bellica et apparatus bellicum insequente Brandeburgico Suecos in Samogitia derelicta restituenda: milites transfu-

ros aut tabe inediaque affectas et desertos restituendos. — Conclusum equitati consentaneum esse unicuique suum tribuere. In hunc finem datas Regias literas ad Incolas Samogitiae, ut Suecorum desiderijs satisfiat.

Ultimarie propositum, ne quid Reipubl. incommodi sub specie vacis accidat, providendum, matureque de salute Reipubl. in Conventu omnium Ordinum consultandum. Conclusum: Comititia pro die 14 Ianuarij Anni praesentis indicenda literasque denunciationis per Patinatus expediendas.

Et sic nulla incidente alia quaestione soluta Sessio.

Die 1 Februarij.

Sessione inchoata Mareschalcus induxit Praeliminaria sibi videndi antecomitialia a Regia Mte expedita. Nunc integritati Reipubl. exiguo consultationibus concessio tempore consulendum. Nuncij Lithuaniae habita Regiae Mtis declaratione ratione sigilli vacantis non contenti. Multa dissentientibus votis protulerunt. — Aut sigillum saeculari sine ulla prolongatione, durantibus Comitijs tradendum aut Comititia rumpenda. Diu rationibus pro et contra inductis decretatum. Nec quidquam certi decisum. Quaestio demum proposita Episcopis, qui solo titulo Episcopali gaudent. Abbatias conferendas ut ad Senatoria subsellia eveci pro dignitate subsistere valeant. Aut in moderno Generali Conventu accedente, omnium Ordinum consensu videlicet Livoniensi, Kioviensi, Kamenecensi et Smolensensi Episcopatibus dotem concedendam, et Abbatias certas Summo Pontifici proponendas ut Sua Sanctitas praememoratis Episcopatibus a Reipubl. determinatas, in perpetuum incorporare velit. In hunc finem Episcopis pingvioris fortunae Abbatias et alia beneficia, quae sibi per potentiam appropriando usurpant, adimenda, et distributivae Regiae Mtis Iustitiae subijcienda. Mirum videri, quod Ecclesiastici potentiores in Regno pingviora ad se trahunt beneficia aut certo sub praetextu speciosis rationibus adumbrato dispensationem super pluralitatem beneficiorum incompatibilium obtineant, vel alij nullo consentiae formato scrupulo sine recurso ad Sanctam Sedem Apostolicam facto contra Consilium Tridentinum possideant. Ita ut alijs de Ecclesia et Reipub. bene meritis difficilis pateat accessus, potentioribus contra

distributivae Justitiae aequitatem omnia occupantibus. In contrarium ab alijs prolatum suetum in Polonia morem non reformandum, cum omnes illi titulares Episcopi, (excepto Livoniensi, qui nondum a Sancta Sede Apostolica auctorisatus) Abbatias et amplissima Ecclesia possideant beneficia, e quibus sufficientes tam ad Ecclesiam quam Senatorium sustentandum statum habere poterunt proventus. Proinde nullam novitatem inducendam, potius inductionem de Abbatijs et alijs beneficijs, Episcopatibus praememoratis incorporandis silentio relinquendum.

Contrariantibus sibi sententijs acriori animorum motu potius, quam rationibus decertatum. Ita ut Directoris mediantis (qui differentias componere solitus) suffragium pacificum tumultuarie interruptum. Unde Director hanc exorbitantiam carpendo, auctoritatemque Directoris convulsam incusando, modum in Officina Legum usitatum observandum suasit, nec tumultuarie sententias proferendas, sed iuxta ordinem accepta a Directore facultate sentiendi (s.) votum proferendum. Et sic a Directore de modo nunciornm procedendi non bene contento soluta Sessio.

Die 3 Februarij.

Director Nunciorum recapitulatione materiaram nondum conclusaum facta auctoritatem Directoris et officinam Legum Legibus circumscriptam in vilipendium habitam. Legi insistendo usitatum observandum morem; unam inductam materiam rationibus decertandum, et quod Ordini Equestri visum fuerit, concludendum. Ne diversis inductis materijs consultationes obruendas, relictisque propositionibus minus necessarijs, saluti Reipub: in periculo constitutae nunc consulendum.

Nuncij ad incompatibilitatem beneficiorum Ecclesiasticorum regressum faciendo, multa pro et contra protulerunt. Ex Prussia Nuncij Episcopum Posnaniensem nullatenus pro Culmensi acceptandum urserunt: comprobantibus pactis Incorporationis et privilegij, Ducatus Prussiae non alium illis nisi Terrigenem Antistitem dandum. In propria senem relinquendum sede. Vel etiam ut abdicatione facta monasticam induat vitam. Replicatum plurimos illis datos Episcopos Polonos, non Pruthenos, existentibus exemplis, nec ultimum Procancellarium eiusdem nationis fuisse, cui nulla uti alijs similis

ectio facta. Hanc novitatem nunc inductam et e cœrebro praedentis enatam, silentio praetereundam. Cum omnes regni incolae in Regno nulla distinctione factam gaudeant privilegijs et praerogativis: iisdem ut fruantur beneficijs aequaliter, necesse esse.

Demum contra Episcopum nominatum Luceoriensem inductio facta. Eundem ob incompatibilitatem, Abbatia Plocensi privandum. Hunc casum decisioni Sedis Apostolicae relinquendum censens. Alijs similes Regno Poloniae inductos errores reformandos erentibus; nihil certi conclusum. Exules quoque ex Podolia prius intulerunt praetensiones, se nondum iuxta praescriptum Legis tentatos: nunc accedente Ordinum consensu, contentandos. Sed rum illatio nulla aliorum suffulta suffragio praetermissa.

Inductio quoque facta ad deputatos ex Ordine Equestri pro Julio Comitiali formando designandos tumultuarie pro et contra lata prolata. Alijs affirmantibus Constitutioni Grodzensi insistentibus, nimirum nemine contradicente, non subreptitiae ut olim accidit, sed in facie Ordinis Equestris deputandos ex Palatinatibus Nunciis. Alijs inpugnantibus priorem sententiam. Et Constitutionem reprobantem et in suam Repub. fabricatam e volumine Legum exterminandam aut corrigendam.

Praeteritus Director Nunciorum aculeatis impetibus sententiam reprobantem Constitutionem volumini Legum ex consensu omnium Ordinum defendere nisus. — Sed ea ab omnibus licet probabilibus argumentis comprobata, nullatenus acceptata defensio.

Director itaque medelam dissentientibus sententijs daturus, intuitu, in futurum formandam Constitutionem. Videlicet deputatos sine ulla contradictione, initio Comitiorum nominandos ad causas per appellationem, aut remissas a Iudicio Tribunalitio decidendas; salva sentiendi (s.) et vetandi manente libertate. Sed cum haec nullis displicuisset Constitutio censurae subjecta. Alijs clausulae addendas censentibus, Alijs in ampliorem formam reducendam erentibus controversia exorta. Tandem vesperascente die infectis us solvenda erat Sessio.

Interea indicium datum Senatores, nimirum Palatinum Lublinsensem Rey et Palatinum Witepscensem Chrapowicki ac Conventum Palatinum Equestris a Regia Mte missos. Quibus per Directorem et Nuncios introductis audientia data. Primus Palatinus paternam cu-

ram Regiae M^{tis} erga Rempub. et sollicitudinem facunde indux
omnia Regiae M^{tis} studia a felici inaugurationis tempore saluti cu
dispendio proprio impensa et semper impendenda. Nunc semo
omnibus privatis illationibus de salvanda Republica exiguo iux
praescriptum Legis restante tempore consulendum. Cometa^m i
occidente ante Generalem Comitiorum Conventum visum exitu
portendere Reipub: placando Divinam Majestatem studia publica p
vatis divulsa sententijs congreganda. Quoad incompatibilitatem b
neficiorum, tantos non causandos motus nec Episcopum nominatu
Luceoriensem Abbatia privandum, cum difficiles in Curia Roma
sint (uti hactenus accidit) expeditiones, nunc in possessione reli
quendum. Futuris Comitijs scrupulo hoc super negotio renovato, uti
alijs supervenientibus incompatibilitatibus agitandis relinquendum. Nu
solam Reipub. salutem curae habendam. Palatinus ex Lithu
nia eiusdem erat sententiae. Demum Director per Palatinatus s
paratim requisitione facta responsum dedit. Grato animo ab Or
ne Equestri susceptam Regiae M^{tis} Paternam curam et admo
tionem. Daturus operam ut Paternae Sollicitudini correspondere co
silijs et obsequio valeant. Quoad controversam Abbatiam in
consilio subsequenti die declarationem ab Ordine Equestri dandu
Et sic soluta Sessio.

Die 5 Februarij.

Pridie nondum determinatae inductae materiae cum praecauti
ne et admonitione, non novis semper, una nondum decisa, co
sultationes obruendas inductionibus, termino Comitiorum appropi
quante et spatio sex septimanarum elabente, prolongationem iux
nonnullorum Nunciorum sententiam non concedendam. Nunc sep
sitis omnibus illationibus minus necessarijs, salutem Patriae in d
clivio existentem prae oculis ponendum.

Nuncij Volhinienses recedendo a praememorata Directoris ind
ctione, instructionesque producendo, intulerunt: Publica privatis co
stare. Nec medijs subtractis et damnis privatorum nondum co
pensatis, Rempubl. locupletandam. Prius privatorum desiderijs s
tisfaciendum: demum saluti publicae consulendum.

Replicatum iam toties, declaratum; illorum desiderijs severi
modernis in Comitijs conscripta Constitutione, satisfaciendum; Nu

quaestionem hesterna die nondum decisam ratione Thesaurarii ni et Magni Ducatus Lithvaniae descendendum. Deputatos ad ones aerarij excipiendas nominandos. Ut defectus Reipub. pateat regestati (s.) per novas contributiones tempestive subveniatur. Nec sultationes de bello aut securitate instituendas, antequam media locupletandum aerarium adinventa fuerint, nervus que belli pro- is. Prius autem errores (si aliqui reperti fuerint in Thesauro) calculationem cum Dispensatoribus instituendam, deprehendendos. t modum statuendum quod visum fuerit.

Haec sententia de Praefectis aerarij Publici majori cum fervore multis Nuncijs excepta. Rationem Legationis ad Regem Chri- nissimum ab illo prius dandam. Certum esse coemptis amplis bonis et ab Eadem Maiestate, concesso indigenatu Supremi retarij munere condecoratum. Existentibus documentis, eviden- is convictionibus non opus esse nec processu iuris contra illum cedendum. Sed de facto subsellio Senatorio privandum et bona o adijcienda.

In contrarium prolatum calculum per Deputatos ante omnia ceptarum, et expensarum summarum excipiendum: demum si de- us repertus fuerit, Via Juris contra delinquentem procedendum. ninem ex solis suspicionibus, sed iuxta Statuta Regni defacto demnandum, nisi Jure victum. Nec alium nisi hunc in libera publica procedendi adinveniri modum.

Quod spectat ad Deputatos ex Palatinatibus ad rationes aera- percipiendas designandos, illos omnino fidelitatis sacramento ob- ngendos; quatenus nullo habito respectu aut spe mercedis calcu- o ab illis perficienda.

Etiam thesaurarios juramento obstringendos neminem antero- tempore ex Deputatis muneribus placatum, nec inscia Reipub. in- vatos usus contributiones publicas impensas.

Contrariantibus sibi sententijs pro et contra diu disceptatum. c juramenti onus Directori solummodo et Deputatis ad constitu- nes conscribendas impositum, nulla exstante hac super inductio- constitutione, nullum novum iugum conscientijs imponendum.

Indecorum genti fere tali vinculo stringi, cui maiora ab alijs ifratribus commissa, et nunc novo adinvento commento diffiden- m inter Nobilitatem causandam dato non concesso a 3^{ti}o Ordine

acceptandum tamen iuramentum recusante Senatorio Ordine (quibus absentibus nulla calculatio instituenda) quando quidem 3^{tus} Ordo in praeiudicium secundi nihil statuere potest. Omnia inaniter cum dispendio temporis in elusionem calculationis cessura. Lithvani quoque contrariabantur huic illationi Polonis liberum fore hanc novitatem Regno solummodo, non autem Magno Ducatui Lithuaniae inducendum.

Interea discrepantibus sententijs nihil conclusum.

Investiva etiam contra Electorem Brandenburgicum facta iam bona Radziviliana armis occupata, fortalitia praesidijs firmata, hoc inauditos ausus per Supremos Exercitus Lithvanici Praefectos mature reprimendos. Responsum ab alijs datum: Rem magni momenti secretiori consilio relinquendam; modernis tamen Comitijjs siquidem Reip. securitatem concernit determinandum. Mentio etiam facta de Constitutionibus Grodnensibus reformandis: sed nihi certi a contrariantibus sententijs decisum. Tandem, die sine ullo fructu absumpta soluta Sessio.

Die 6 Februarij.

Indictiones hestinae in medium productae. Primarie quaestio inducta de rationibus aerariorum excipiendis. Utrum expediat tandem Deputatos Jureiurando obstringendos? aut tanto vinculo liberandos? Sveto more procedendum: nec scrupulis minus necessarijs laborandum. Cum generosa pectora generosis edita proavis Attavisque ex innata virtute saluti Patriae consulere conabantur. Diversa sententijs iterum inductio excepta. Alij hesternis insistendo votis, Deputatos a iuramento liberandos asseruerunt. Ut liberius commodum Reip. quaesituri pro Patria zelando rationes a Thesaurarijs strictius seposito omni respectu inquirere valeant. Suboriente autem conscientiae scrupulo et metu errores Reipub, praeiudiciosos admittere poterunt. Nec quenquam illibenter iuramenti vinculo ligandum Ad impossibilia neminem etiam obligandum, accedentibus varijs casibus alijs cum restrictione mentis iuramentum, alijs non consideratis punctis et clausulis perfunctorie exsolventibus occasionem peccandi dandam. Vel maxime rationem status pro beneplacito, non publicae, sed privatae utilitati accomodantibus. Unde subsequitur

ita periuria. Ultimo considerandum nullam illis dandam statuli et concludendi potestatem, nimirum ut excepto calculo propria auctoritate, Thesaurarij quietationes concedant. Sed ut perceptis arii rationibus usitato more rationem calculationis in facie Reip. iant. Qua exhibita demum statuendum, quod Reip. visum erit. Proinde consultum videri, ut nullo obstringantur Deputati iculo iuramenti. Alij contrarias tulerunt sententias.

Ne liberius in Rempub. peccent: privatum potius quam publicum aerendo commodum. Conscientias hoc vinculo innodandas. Licet nulla in rectos viros cadere possit suspicio. Tamen cautius cedendo calculatio omni carere poterit suspicione. — Nec Regibus, natoribus, et alijs officialibus, uti etiam ad Judicia Tribunalitia putatis iuramento obstrictis indecorum. Nec etiam esse impossibile, sine restrictione mentis iuramenti formam et clausulas observaseposito privato commodo, solam Reip. utilitatem prae oculis habendo. Consequenter nulla periuria exortura. — Aut si onerosum letur aequalitatem Nunciorum observando, omnibus Nuncijs iuramentum indita clausula et exclusis alijs punctis praescribendum. Nam Reip. salutem et conservationem cordi habendam.

Pro et contra diu decertatum, plurimis ultimam clausulam ceptantibus. Alijs contradicentibus nihil certi conclusum. Nec la deputatio ad rationes aerarij excipiendas facta. Cum nondum cisum, a quo tempore calculatio instituenda foret.

Nonnullae quoque privatorum minus considerabiles inducebantur praetensiones. Et Thesaurarius Regni denuo sententijs impetis. Sed obstantibus multis Nuncijs et asserentibus usitato more, iam inductionem prius terminandam, demum alias disquisitioni bijciendas. Silentio involutis privatorum praetensionibus, quaestio ducta, qua hora sessio inchoanda foret: utrum matutinum tempus meridiano praeferendum? cum aurora consilij semper et amica et meridiano tempore, varijs loquendo linguis, sententiae nulla subquente conclusione distrahantur. Consultum videri horam octavam matutinam assignandam. Conclusum hora octava sessionem inchoandam. Illatum etiam ut si abstente aliquo Nuncio aliquid nclusum fuerit, paulo post aut sequenti die advenienti non concludendam contradicendi potestatem: sed haec illatio minus incongrua, Nuncijs acrioribus sententijis prosecuta. Tandem sedato motu luta Sessio.

Die 7 Februarij.

Praescriptam hora Sessio inchoata. Exhortante Directore ad Deputatos, unanimi omnium consensu ad calculum aerarij expediendum denominandos, ingressus factus. Iterum cum dispendii temporis pro et contra agitatum. Alij solos Deputatos huic ligamini conscientiae subiiciendos. Alij omnes Nuncios nulla distinctione facta et aequitate conservata sub tale jugum mittendos. Alij libertatem conscientiae illis relinquendam censuerunt. Primi comprobandas sententias suas intulerunt. Licet nulla hac super difficultate, in Volumine Legum reperiatur Constitutio, novo suboriente casu novam in officina Legum statuendam legem in Reipub. commodum. Ne exemplis pridie allegatis insistendo Juramentum fidelitatis suscepturi indecorum fore. Neminem quoque (cui patriae salus curae est) contradictoria sententia hanc sententiam improbaturum. Illatio 2^a taliter comprobata: Inter Ordinem Equestrem nullam distinctionem faciendam, ne suboriente ex Juramenti vinculo, solis Deputatis imponendo, diffidentia et differentia suboriat. Omnes Nuncios, antequam deputatio fiat, fidelitatis sacramento generaliter obstringendos. Nimirum illos pro fide, honore et conscientia modernis Comitibus solum salvandae Reip. curam habituros. Uti anno 1662, temporis confoederationis generalis exercituum Regni et Magni Ducatus Lithuaniae accidit, quo Ordo Equestris sibi consulendo, simile praestitit Juramentum. Proinde nulla nunc inducta novitate exemplo inducto insistendum. Qui vero praedictas improbant sententias, libertatem conscientijs relinquendam censendo, consultationi publicae et consuetudini inveteratae nullum obstaculum opponendum intulerunt. Ne novitatem hactenus multis refutatam rationibus, nulla existente Constitutione, innovandam. Maiorum insistendum vestigijs, qui tactu pectore, fidem et honorem posteris relinquendo exemplum, Reipubl. in flore conservarunt, summae Reipubl. infelicitati illud Juramentum anno 1662 ab Ordine Equestri praestitum, abscribendum. Siquidem ruptis toties Comitibus exortisque inter Ordines diffidentibus maius incendium civile causatum, non sine magno privatorum detrimento. Ad si tandem huic sententiae insistendum visum fuerit. Nunc Deputatorum fidei et conscientiae calculationem concedendam, demum d

nerali Juramento memorato disceptandum, in praesentia omnium dinum concludendum. — Cum in officina Legum absque omnium dinum consensu Lex constituta nullius roboris sit. Plurimi erant jus opinionis, per Palatinatus vota requirenda, demum per plurimam suffragiorum difficultatem terminandam.

Contradictiones non in statutis, sed solis opinionibus probabimusque rationibus fundatis definiendas. Sed haec novitas, uti praeliosa Nuncijs visa et suspecta, a nonnullis maxime Lithuanis plosa. Interea ad Juramentum praestandum aut praetereundum gressus factus. Cum itaque aliqui Nuncij priore ratione Juramentum praestandi insisterent sententiae. Nuncius ex Lithuania contradicendo ex consortio abijt. Unde motus exortus suspicantibus Nuncijs cum protestatione abutum factum. Postquam innotuit nulla cum protestatione, sed praecautioe solummodo facta, ne quid contra mentem in absentia illius statuatur, secessum factum; cum autem in sententia illius nihil decidi posset, praememorata Juramenti inductio in istinum dilata. Privatorum quoque desideria inducta cum iactura temeris, quae siquidem statum publicum minus concernunt, ea recensere pervacaneum visum. Tandem expirante tempore, nulla subsequente discussionis, soluta Sessio.

Die 8 Februarij.

Eadem iterum Juramenti praestandi reassumpta difficultas, quae priori motu a diversis prosecuta Nuncijs. Nec tam rationibus in Lege fundatis, quam opinionibus, cum iactura temporis pro libertate defendendi, acerrime decertatum. Quorum rationibus passionatis minus ratione dignis; Director, uti consiliorum et differentiarum moderandis, medelam daturus protulit: Hos animorum fluctus magis indies inmenscentes, tandem aliquando componendos, ut sedata tempestate Respub. novis scopulis impulsa et discordiarum fluctibus obruenda, tandem velis, afflante animorum et consiliorum concordia, portum aequi valeat. Qua naufragante (quod Deus avertat) omnes naufragium passuros. Nunc in tam periculoso statu salutem consulendum. Contrariantes sententias inter se componendas. Patiae aliquid concludendum moderna status exigente ratione, si visum fuerit in futuro de Juramento a Deputatis praestando constitutionem formandam.

Nunc Nuncijs Deputatis et alijs libertatem relinquendam. Illos absque dubio Reip. saluti consulendo, pro fide a confratribus sibi data et conscientia stimulante daturos operam, ne quid Resp. detrimentum patiatur.

Tandem persuasione Directoris effectum, ut sedata tempestate pacifice sententiae darentur. Et sic sensim recedentibus Nuncijs a suis sententijs, qui Juramentum urserunt, unanimi votorum suffragio conclusum, modernis Comitijs omnes a tanto conscientiae vinculo eliberandos. Nulla praevia in Comitiolis habita a Regia Majestate notitia, nemini plenaria hac super difficultate data a confratribus plenipotencia, nihil nunc statuendum, sed ad subsequenda Comitiam novum emergens rejiciendum, praevia tamen cautela, ut in antecomitiali conventu innotescentia ratione Juramenti a Regia Mte exhibeatur. — Qua considerata a confratribus, Instructione data Nuncios acturos. Itaque unanimi accedente suffragio Deputati ad calculum aerarij tam Regni quam Magni Ducatus Lithvaniae excipiendum, a Directore designati.

Iterum exorta difficultas, a quo tempore calculus percipiendus foret. Alij vigore instructionis recapitulationem omnium proventuum ab Interregno Regis Casimiri hucusque faciendam urserunt. Alij quietationes per constitutiones datas nullatenus invalidandas asseruerunt. Auctoritatem Constitutionum conservandam. Ne uno admisso inconvenienti aliae ruinae, subiaceant constitutiones; quod semel placuit amplius displicere non posse. Tandem conclusum Nuncijs ultimam sententiam urgentibus, facultatem dandam, ut rationes Praefecto aerarij cum alijs Deputatis excipiant vigore Instructionum sibi a Confratribus concessarum. Quod si illorum desiderijs non fuerit satisfactum, recursum ad conventum Ordinis Equestris faciendum; ut desiderijs satis fiat.

Hac sedata quaestione iterum nova suborta: de summa considerabili a Magno Moschoviae Duce transmissa. Calentationem quoque institueudam, ut Reip. pateat, utrum juxta Constitutionem Grodenensem exsolutioni stipendiorum militi debitorum impensa fuerit summa Moschovitica aut in privatorum commodum conversa. Smolenscenses et alij ex illis provincijs per armistitij nova pacta Moscho traditis exulantes, vehementer hanc illationem iacturamque bonorum et multa incommoda inducendo urserunt.

Conclusum hanc summam Moschoviticam ad calculum aerarij publici spectare, nec privatum instituendum Ratiocinium aut alios assignandos Deputatos, libertate assistenti exulibus existente in quibusvis in conventu Deputatorum, de summis erogatis.

His itaque expeditis difficultatibus Director intulit: Nunc felicem Reipub. censendam, quae tot illis scopulis eluctata felicem habitura portum, cum in tranquillo existat: se augurari posse omnia consilia salvandae Reipub. impendenda.

Accedendum itaque ad primum propositionis punctum de pace servanda aut bello ineundo. Cum autem sit materia momenti, ne dum Romae consulitur Saguntum capiatur. Et consilia atefiunt antequam arma propria et foederatorum conlescant secretori in conventu per Palatinatus consultandum. Demum toti Reipub. consilia absque arbitris patefacienda et quod visum fuerit statuendum primarie internam stabiliendam concordiam; subsequutura omnia feliciter ex providenta Divina et in emolumentum Ecclesiae Sanctae, Reipub. cessura. Et sic soluta Sessio.

Die 10 Februarij.

Director sessione inchoata intulit: sibi a Regia Mte iniunctum, ut mercatori ex Silesia cum mercibus huc adventanti, spoliato et iniuriato, ad instantiam Caesariae Mtis Ablegati audientia in conventu Ordinis Equestris daretur. Et licet in ultima Sessionis solutione declaratum: praetermissis alijs, de bello, aut pace, momenti materia solummodo consultandum. Cum autem haec inductio publicam concernat securitatem, ut tam indigenis quam externis hinc inde comitantibus securus pateat aditus: pactaque cum Principibus vicinis inviolata permaneant; Ne diffidentijs maius detur incendium, equum videri, Ablegati instantiae satisfaciendum.

A contrariantibus Nuncijs vel maxime a Palatinide Ravensi, Nuncio Siradiensi mora audientiae indita, postquam autem alijs innotuit, praedictum Nuncium inculpandum ratione spolijs ab illo cum fraude perpetrati. Nox activa illi praecclusa et audientia actori data. Actoris itaque relatio disquisitioni subiecta. Acriter pro et contra lectatum. Alij Nuncium tuebantur. Illi inactivitate existenti nimium sero, obiectione inducta nullatenus activitatem praeccludendam, aut

consortio privandum. Initio Comitiorum inferenda obstacula idque comprobandum quod praescribente Lege mandatum illi datum et in conventu antecomitiali productum.

Absque dubio conventui antecomitiali hac indita difficultate Publicae functioni non admotum. Aut si id per favorem aut conniventiam accidisset, habita legitima mandati tempestive notitia (uti cum Nuncio Lithvano accidit), Nuncium insalutato Rege exturbatum fuisse. Hanc obiectionem probabiliter suspectam, rejiciendam aut ad forum competens remittendam. Et licet ab Actore a parte in audientia illatam causam hanc in actoratu esse, Regiaeque Mti decisioni subiectum hodieque in Senatu agitandam et decidendam Immunitatem Nunciorum tanquam pupillam oculi conservandam. Lege praescribente neminem Nunciorum munere publico functum in Jus vocandum, aut ad Tribunal Regium vel provinciale citandum, sub paenis in Lege descriptis. Dato etiam non concesso, omnia requisita praecessisse, mandatumque tempestive insinuatam, non omnia indigenis concessa, externis tribuenda. Aliorum sententia erat talis. Jus gentium et pacta servanda. Nec Caesariae Mti, a qua ingruente bello auxilia speranda, offensae umbram dandam, subditi ejusdem Majestatis iustis desiderijs satisfaciendum. Nec tam stricte cum externo, qui Polonicarum Constitutionum (si error in tradendo mandato aut in alijs requisitis accidit) non habet notitiam; procedendum. Iustitiam unicuique administrandam; etiam externo; Legem non pro solis incolis specificae, sed generaliter pro omnibus iniuriatis conscriptam. Actore comprobante, inscriptis per relationem ministerialis omnia requisita expedita. Judicium formandum et per Palatinatus requirendum, utrum voce activa et suffragio publico privandus. Exoriente differentia inter Nuncios declaratio a Collega inculpati data Nuncium judicium Regium super crimen sibi imputatum tanquam complice fratris se subire paratum. Dummodo a conventu Ordinis Equestris cum privatione vocis activae non arceatur. Omnes fere Nuncij contrariantibus sententijs hanc impugnarunt declarationem, ne vetantibus Constitutionibus hic casus in exemplum trahatur. Hanc potestatem illi nullatenus concedendum aut per suffragiorum pluralitatem concludendum; utrum pro vero habendus sit Nuncio nec ne?

Lithvani acrioribus Nuncium praememoratum prosecuti sententiam. In Lithvano Nuncio initio Comitiorum statutum recenter exemplum, qui in activitate existens Directoris inaugurationi album dedit inculcum, tamen iuxta Constitutiones activa voce privatus, Nec Less contra solos Lithvanos, sed etiam Polonos constitutas. Insurrexerunt adesse novam Grodnensem Constitutionem. Nimirum Deputatos iudicialitios Nunciorum muneri non praeficiendos et a consortiorum arcendos, hac contra inculpatum Nuncium cadente censura, gravi suffragio et activitate privandum. Requirenti itaque Directori hac super illatione in Lege fundata, ut per Palatinatus decisio iuxta pluralitatem votorum fiat. Contradictio a duobus autibus nuncijs facta. Tandem Director considerata pertinaci et non lege fundata contradictione, solvit Sessionem. Unde tumultus ortus protestantibus Lithvanis et incusantibus desiderijs nondum satisfactum. Sessio itaque denuo plurimis iam absentibus redintegrata, Declaratio a Lithvanis data. Quandoquidem Nuncius, contra iuriam Lithvani protestati, sponte excessit, iam pro contumaci habitum et non amplius in consortium admittendum. Et sic nulla subsequente certe decisione soluta Sessio.

Die 11 Februarij.

Director sessione inchoata, absente illo Nuncio, cui incompatibilitas vigore Constitutionum obiecta, nulla suboriente difficultate, iam materiam status, de bello innovando aut pace conservanda, duxit. Videri consultius fore eam in privatis sessionibus per pronuncias deliberationi et disquisitioni aut in conventu ordinario semper arbitris subijciendam. Rem magni momenti, unde salus Reipublicae pendet, secretiori indigere consilio; ne fama per orbem divulgata Reipublicae loco salutis interitum acceleratura, ad hostes deveniat.

Nuncij diversi-diversa sentientes varias induxerunt materias. Nuncij propositioni insistendo taliter argumentabantur: Prius Legationem ad externos principes relationem percipiendam, demum Regiae auctoritatis et Senatorum mentem requirendam? quidnam illis ordinibus hoc negotio visum? Tertium ordinem perpensis omnibus illorum rationibus in privatis consultationibus suffragium daturum. Nec ullam in privata sessione decisionem fieri posse, hoc super negotio, nisi

omnibus praesentibus Ordinibus, aut potius in praesentia omnium Ordinum consultandum. Demum si arma sumenda forent, in privatis sessionibus, de medijs et modis contributionum per provinciales consilia ineunda. Quidam Nunciorum juvenis minus cautus prolulus in Diplomate ad archivum dato, bellum contra hostem Christianitatis prosequendum contineri et in hunc finem Legationes expeditas Vanam sine viribus iam esse, (interea a Directore, alijsque advertentibus, certo dato signo, ne sententiam prosequendo arcana Reipub. proderet), digresione facta, modestiori voce sententiam continuavit inferendo Legationum relationem prius requirendum, demum de conservanda Reipub. integritate consultandum.

Aliorum opinio erat: Nihil tutius semper quam proprijs tueri Reipub. viribus. Periculosum alienis et quidem externis niti subsidijs quae propriam status rationem habitura, maiora Reipub. incommoda quam commoda causatura sit. Nec ea temnenda dummodo fida fuerint.

Nuncij ex Lithuania intulerunt ab intra securitatem procurandam, ne dum versus Orientem arma expeditur, a tergo, videlicet ab occidente vel meridie hostis immineat: angvem ex connubio non pridem initio Reipub. perniciosum iam editum in herba latitare, et virus primum in Lithvaniam, demum in totam Rempub. editurum traditis indicijs in sua Reipub. a Neosponso praesidijs obsessa Radziviliana fortalitia. Quae per Supremum Exercitus Lithvanici Ducem exterminanda novoque milite Reipubl. fido firmanda inditis Gubernatoribus bene possessionatis et sacramenti viaculo Regi et Reipub. devinctis. Hanc vim Reipub. illatam, ne invalescat, mature reprimendam. Et plurima hactenus Reipub. causata incommoda a Principe vicino minus fido vindicanda: ne cum alijs Principibus aut Porta Ottomana inito foedere Ecclesiae et Reipub. ruinam meditari praesumat. Ab alijs pacatiora dabantur consilia. In tam periculoso statu iniurias et offensas dissimulandas more Svecorum qui stylo ferreo commodiorj tempore vindictam sumpturi tabulis inscribebant. Nunc pacificio modo, cum occulto hoste, per pacificam requisitionem agendum, ut mens arma in animo versantis pateat. Suo tempore consilia perversa ruitura contra antemurale Christianitatis cusa arma in propriam perniciem convertenda.

Nondum decisis prioribus inductionibus Nuncij ex Prussia intul-

unt: Episcopum non indigenam (videlicet Posnaniensem) vetantibus
ictis primaevis nullatenus sibi intrudendum, sibi Prutenos non Po-
nos dandos Episcopos.

Suspicientibus nonnullis Nuncijs hanc iterum inductam illatio-
nem stymulante Palatino olim Culmensi, nunc Marienburgensi fa-
mam, qui spirituali assumpto statu Episcopatum et Sigillum ambire
detur. Proinde contrariae dabantur sententiae: Novitatem nullate-
us existentibus tot exemplis inducendam. Etiam Palatinum Ma-
rienburgensem ex Majori Polonia oriundum aut Pruthenum aut
Polonum censendum, cum hinc inde regalia possident bona. Si
i per favorem indigenatus in conventu provinciali concessus fuit:
praeiudicium Reip. factum. Cum non a privata provincia, sed
tota Repub. concedatur, aut quod uni conceditur, alteri non dene-
andum, aut strictius inquirendum, ne advenas externos privatim
intra mentem Reipub. incorporando inducant incommoda. Membra
Reipub. incorporata iisdem debere, nulla distinctione facta,
in Ecclesiasticis quam saecularibus gaudere privilegijs et sub-
sidijs.

De Constitutionibus etiam Grodnensibus reformandis discepta-
tum, uti et de sigillo minoris Cancellariae Magni Ducatus Lithv.
saeculari Lithvano tempore Comitiorum tradendo disquisitio facta.
Isterea praescripto temporis expirante termino nulla subsequente
inductionum conclusione Soluta Sessio.

N. B. eodem tempore, cum haec quaestio contra Electorem Bran-
enburgicum in conventu Nunciorum ageretur, data a Regia Mte
adientia Legato Electoris. Qui praemissis Curialibus et traditis li-
ris, inter alia protulit connubium hoc inter Filium Principem et do-
mum Radzivilianam, factum ut arctiori faederis vinculo Regno Polo-
nae et Magno Ducatui Lithvaniae sit annexus, literas etiam hoc su-
per negotio per postam ad Regiam Mtem datas. Responsum a R.
Mte datum: Pergratam Regiae Mti esse hanc faustorum successuum
in Electore per Legatum suum appreciationem. In gratum sibi alla-
tum Nuncium de connubio in scia Sua Mte et tota Repub. accelera-
re, nullo dato indicio. Nec ullas ad manus Regias ab Electore de-
venisse literas. Eas in tam gravi Reipub. concernenti negotio exa-
ctas non periculo naufragij committendas, sed per expressum trans-
mittendas. Et sic dimissus Legatus Brandenburgicus.

Die 12 Februarij.

Director zelum ex vi officij sui erga Rempub. testaturus, hoc tabatur, reiectis privatorum ad terminum Comitiorum desiderijs Nunc solam materiam status prae oculis habendam: de securitate ab intra et extra procuranda consultandum, si in praesentia omnium Ordinum vel in privatis sessionibus visum fuerit, eam uti rem magni momenti deliberationi subijciendam; vota danda et concludendum, quod consultius fore videbitur. Pro et contra iterum discutatum, tandem recedente parte contrariante, conclusum, exceptis Legatorum et Ablegatorum relationibus in privato Conventu per provincias sessiones de bello aut pace constituendas. Quod spectat ad securitatem internam, hanc nunc ventilandam, Nuncij itaque sententias daturi conformiter ad illationem factam, denuo connubium Brandeburgianum Reip. suspectum contrariantibus prosequuntur suffragijs. Allegando constitutiones Anni 1601. 1638 et 1641 neminem nisi indigenam bona terrestria tam in Regno quam Magno Ducatu Lithv. possidere posse; per consequens nec Electoris filium capaxem esse ad capiendam in Lithuania possessionem. Praecavendum ne legibus vis inferatur. Nec indigenatum concedendum haereticorum fautori in perniciem orthodoxae Religionis. Qui tertiam partem Lithuaniae occupaturus totque asyla Calvinianae sectae daturus, quod templa haereticis exstruenda permiserit. Huc accedere concessum indigenatu quoque libertatem sentiendi et vetandi concedendam. et sic consilia per potentiam semper turbanda et Comitiam, si quid non ad mentem acciderit, rumpenda. Demum principem advenam auxilijs Parentis et aliorum externorum faederatorum fretum de throno occupando meditari posse. Praegravam olim Polonis feudatarium nunc absolutum in Prussia Dominum, magis metuendum, qui iam de facto insalutato Rege et Rempub. transmissis septem legionibus in Lithvaniam, dum Varsaviae super hoc novo emergenti casu consultatur, possessionem bonorum capere nititur. Thesaurum Radzivilianae domus ad viginti milliones excrescentem (uti ab Oeconomis relatatum) ex Lithuania in Berlinum auctum. Nil restare nisi concessum bonorum Radzivilianorum possessione Lithvaniam et consequente Poloniam praedae dandam.

His allegatis omnes Nuntij inductionibus persvasi, securitatem mino tempestive procurandam censuerunt. De modo solummodo difficultas exorta. Alij huius erant opinionis in toto contineri parati. Supremis Magni Ducat. Lith. militiae praefectis publicam Lithvaniae concreditam securitatem; etiam bonorum Radzivilianorum curam addendam; ut illi exclusis Branderburgicis aut novis praesidijs, fortaliter defenditis Lithvanicis; aut praeteritis gubernatoribus relictis, excepto fidelitatis sacramento, totam Lithvaniam securam reddant.

In contrarium prolatum Praefectos militiae solum esse executioni voluntatis Reipub. licet generaliter illis Lithv. securitas concessa, tamen novo emergente casu, tantam illis non concedendam potentiam, ut pro arbitrio suo, sine ulla dependentia a Republica haerentia sub titulo conservandae securitatis occupent bona. Nec consultum Radziviliana fortalitia videri novis munitis praesidijs hostilia excitantem irritare. Et dum ab Oriente periculum metuitur, a Septentrione ne novum exurgat praecavendum. Consultius fore hunc casum in Senatu, praesentibus omnibus Ordinibus, proponendum, Regia Mtas inito cum Ordinibus et Ducibus Exercituum consilio decidat, quod saluberrimum visum fuerit. Cum nihil in officina Legum absque aliorum Ordinum consensu statui possit, Director itaque tulit, vivendo Nunciorum assensum esse; ut haec difficultas omnium Ordinum decisioni subijciatur, se quoque praesente Ordine Equestri instanti expositurum generaliter securitatem Lithvaniae adinventis praesidijs procurandam. Assentientibus omnibus erupit vox Calvinica contradictoria. Juxta statuta Regni et Magni Ducatus Lithvaniae liberrime iniri posse matrimonia absque consensu Reg. Mtis et Reipub. nec scrupulum hoc super matrimonio inducendum. Si incipi Marito possessio deneganda erit; saltem coniugi concedendam.

Nihil sinistri suspiciendum de vicino Principe Reipub. bene tracto, aut si Reip. visum, ut securitati Lithvaniae provideatur: huius Constitutionem formandam generaliter de securitate publica etque clausulis commemoratis minus necessarijs. Demum Senatui adendum. Haec contradictio acculeatis prosecuta sententijs et omnibus, sed illo semper contradicente, tempus iuaniter absumptum. Alij etiam Nuncij urserunt, addendum clausulam Directoris conditioni: Salvo Tutorum et praetendentium permanente Jure. Sed

alijs contradicentibus publicae securitati privatas praetensiones non immiscendas. Et sic inaniter absumpro die soluta Sessio.

Die 17 ejusdem.

Sessione inchoata postquam Nuncijs declaratum: differentiam hesternam privatim sopitam et complanatam, ad propositionem excipiendam Regium adierunt thronum. Cuius puncta, quae statum publicum concernunt (Compendium facturus) connotanda censui. 1^m Securitati Regni et Reipub. providendum. 2^{do} Pacem aut bellum amplectendum. 3^{to} Utrum moderno Reipub. statui expediant faedera nova et conjunctio armorum, nec ne? 4^{to} Aerarium Reipub. per contributiones in moderno conventu sancendas locupletandum. 5^o Militi utriusque gentis debita stypendia exsolvenda. 6^{to} Fortaliti in confinjs restauranda praesidijsque firmanda. 7^{mo} Artilleriae et munitioni bellicae, in omnem eventum certam provisionem assignandam. 8^{vo} Regiae Majestati debitam summam de integro non exsolutam persolvendam. 9^{no} Principi Tartarorum honorarium solitum praestandum; 10^{mo} Tribunalitiam potestatem restringendam et in meliorem formam reducendam etc. Nuncij connotatis propositioni punctis regressu ad proprium conventum facto praeliminaria prius expedienda intulerunt. Nimirum pacta conventa cum Regia Majestate inita, in facie Reipub. perlegenda. Senatus Consiliorum rationem excipiendam. Beneficiorum tam Ecclesiasticorum quam Saecularium (quae vacant) distributionem expostulandam. Alias quoque difficultates ante omnia iuxta tenorem Constitutionum amovendas. Demum ad Senatorum vota et consultationem accedendum. Nunc Wolhinienses contrariam intulerunt sententiam. Non obstantibus tot Constitutionibus nondum damna sibi flagrante Turcico bella Lithvanis illata refusa; prius praetensioni illius Palatinatus satisfaciendum: consequenter materias status iuxta praescriptum legis pertractandas. Replicatum. Legi satisfaciendum primarie, postea gravamina inducenda. Hac nondum sopita difficultate Capitaneus Boleslaviensis contra Supremum Regni Thesaurarium acculeatam induxit sententiam. Aerarium publicum defraudatum, summas considerabiles extra Regnum evectas, Amplissimaque ijs in Gallia comparata bona. Nunc contra non unius sed duorum Regnorum civer

judicium formandum, et ad praescriptum juris statuendum. Responsum ab alijs datum Judicio Comitiali ex ordinibus nondum formato, nihil modo statui posse. Ad primordia accedendum, post ista hanc inductionem reassumendam vel maxime exstantibus hoc per negotio instructionibus. Quidam Nunciorum suspicatus hanc vectivam contra praefectum aerarij publici non proprio, sed alieno instinctu factam intulit. Quandoquidem Director et Deputati ad contribuendas constitutiones, Juramento obstricti nullam a quocunque habendam directe v indirecte dependentiam; eodem quoque vinculo omnes innodandos Nuncios. Huic sententiae alijs vehementer assistentibus nulla subsecuta decisio. Tandem regressus ad primam inductionem factus. Perlectis pactis conventis, petendum Beneficia in dispositione Regia constituta ante omnia benemeritis, Indigenis, Regia Maiestate conferenda. Catalogus itaque per Palatinatum ecclesiasticae quam Saecularis dignitatis vacantis denunciatus. Huic et Lithvanos Nuncios adscripta etiam bona haereditaria Principis adzivilianae, quae incerto supremo Tutore et Vota Republ. Principi aeterno contra Statuta Regni et Magni D. Lithuaniae in matrimonium data. Et sic soluta Sessio.

Die 18 Februarij.

Paucis in conventu comparentibus Nuncijs, nihil in materia status tractatum.

Die 19 Februarij.

Exhortatio iterum a Directore facta, ut tandem comitijs ad conclusionem vergentibus exiguum temporis spatium salvandae Reip. impendatur. Et quod semel placuit displicere non posse; conclusum fuisse in praeterita Sessione, privatis sessionibus per Provincias praesentibus Senatoribus saluti Reip. consultum iri. Nunc hanc Ordinis Equestris resolutionem effectui mandandam. Diversis Nunciorum erumpentibus sententijs propositio silentio involuta a varijs aeternae minus memoratu dignae inductae quaestiones et praetensiones de indigenatu et Nobilitatione a militiae tam Regni quam Lithuaniae repute vigore instructionis propositae inter alias quaestio mota.

Indecorum genti Polonae videri, nullo elucente heroico actu et virtute, per solam militum recommendationem obscuro loco natos ad tantum Nobilitatis et libertatis Polonae alijs nationibus nullatenus concessum evehi fastigium: Errores hactenus commissos corrigendos et plurimos recenter Volumini Legum subreptitie, aut per incuriam Directoris et deputatorum insertos, et immeritis privilegio Nobilitatis privandos, et novis per favorem Ducum exercitus ignotis Reipub. recommendatis nullaque Generositatis elucente virtute generosum nobilitatis Polonae titulum cum omnibus privilegijs et immunitatibus nullatenus concedendum, ne advenae maiora praesumendo, Veteranis oneri sint, et haec praerogativa huic Regno inducta, alijs successu temporis vilipendio sit.

In contrarium datae quoque sententiae: Neminem nisi Marti deditum a Ducibus recommendari posse, nec ullum recommendatum, qui non sit bellica virtute condecoratus et de Reipub. bene meritus. Cum illis incumbat, generosa Reipub. recommendare pectora; alijs candidati stymulum daturi, ut virtuti studendo per ardua Nobilitatis nitantur condescendere fastigium. Errores Ducibus non imputandos, cum multi illis inscijs per favorem aut inadvertentiam Deputatorum privilegia Nobilitatis obtinuerint.

Hac illatione indecisa permanente, suborta cuiusdam Nuncij contra adversarium recenter advenam et in consortio Nunciorum comparentem quaerela. Eundem non pleni juris Nuncium activitate et consortio aliorum privandum. Mandatum iuxta statuta Regni illi tempestive traditum, etiam initio Comitiorum indicium Directori datum de incompatibilitate functionis protunc Nuncij absentis, nunc comparentis. In contrarium plurima prolata. Non moris esse expirante Comitiorum termino, Nuncio scilicet sero in conventu comparenti vocem activam praecludere. Nunc consiljs publicis obstacula ponendo novitatem inusitatam non inducendam, sed sveto more procedendum, finitis Comitijs jure procedendum. Replicatum a quodam juvene nuncio. Nuncium sibi de obiectionibus conscium et studio se absentantem, nunc praesentem, iudicio subijciendum. Nec absentiam legitimandam. consequenter nec pro legitimo Nuncio censendum. In contrarium prolatum veteranum de Reipub. bene merentem, a tyrone nunc recenter in conventu comparente, non opprimendum; nec tantam juveni licentiam dicendi concedendam. Unde ille Nuncius in

riam versus protulit sibi eandem libertatem sentiendi datam, quae
js veteranis concessa. Se itaque protestari de libera voce oppres-
et sic cum protestatione e conventu Nunciorum abire nisus.
nde tumultus exortus. Quem Director secundo aegre precibus et
sequijs protestantem Nuncium in conventum retraxit. Quo com-
rente, sine ulla decisione, et Directore in subsequentem diem hanc
piendam differentiam rejiciente, soluta Sessio.

In privatis Sessionibus Polonorum conclusum: Ecclesiasticos neces-
ndos ut publicum subeant onus. De auctione militiae et novis
nciendis contributionibus facta mentio, sed nihil decisum, siquidem
aesareae Mtis et aliorum Principum primariae consideranda auxilia,
trum ea pro certo speranda. Moschorum quoque mentem de coniunc-
one armorum et bello continuando, prius penetrandum. Deinde auctio-
em militiae et novam contributionem deliberationi subjiciendam.

Inducta etiam propositio per Ensiferum Regni iam Marienburgen-
m declaratum Palatinum. Saluti publicae consulendo summam po-
statem nunc in periculoso Remp. existente statu R. Mti conceden-
am. Unum corpus Reip. quidem esse, sed membris distractis, sen-
ntijs diversis diversa sentientibus, unum caput exigente temporis
ecessitate et status ratione statuendum, et unus Reip., qui propiis
mptibus Remp. salvam reddere possit regat. Deinde recuperatis
missis et pacifico redditam Rempub. statui libertatem pristinam Ord-
ibus restituendam. Sed haec illatio omnibus displicuit, exoriente
aspicione Regiam Mtem per absolutam potentiam absolutum affe-
are dominium. Et quod praemeditatum fuerat, nulla in Comitijs
coriente Principis Filij proponendae successionis occasione, tali
divento medio executioni mandandum. Contrarijs omnibus erum-
entibus sententijs tumultuarie abitus factus.

Lithvani in suis Sessionibus solutionem stypendiorum militi debito-
m urgebant. A praeterito Thesaurario summam nonagentorum
illium florenorum praetensam repetendam; a moderno rationes con-
tributionum sancitarum productas, stricte percipiendas ducta militiae
l armis existentis proportione contributiones laudatas. Unde ob

praetensa stypendia et non exsoluta quaerulandi occasio data.
Novorum onerum ulterius ferendorum quaesio dilata.

Die 22 Februarij.

Praesentibus omnibus in Senatu Ordinibus e Throno Regio se curitas publica proposita et consilij ordinum subiecta. Nuncij accepta a Supremo Mareschalco licentia dicendi ordine sententia protulerunt, difficultates in conventu Ordinis Equestris illatas in praesentia omnium ordinum decidendas, primarie hanc de illegitimis Grodnensibus nonnullis constitutionibus Volumini Legum insciae Reipublicae insertis, aut reformatis annexisque appendicibus et clausulis Ordinibus praeiudiciosis decisioni Ordinum subijciendam. Tribunalitium decretum contra convulsorem Legum Lublini legitime latum auctoritate praesentis conventus conservandum: nec in dubium vocandum aut per Constitutionem cassandum; Ne tanta in praeiudicium Libertatis Publicae concessa peccandi libertate incentivum subijciatur ad maiores ausus praesumendos. Contrariae prolatae a contrariantibus sententiae.

Admisso uno inconvenienti multa subsequutura Reipublicae incommoda, et tali suboriente casu etiam anteriores censurae subijcienda constitutiones et sic per infinitum procedendo omnia usque de qua vertenda. Utrum incommodum Reipublicae aut detrimentum reformatarum constitutionum cedere possit considerandum. Multa tam a Senatoribus et Nuncijs pro et contra prolata. Et cum dispendio temporis acriter praeteritus Grodnensis Nunciorum Director suffragijs impetitus, et fere tota dies in hac controversia tam difficili assumpta, contrariante tertia licet parte Ordinum, maior pars causam praeteriti Directoris tuebatur. Omnes constitutiones Grodnae conscriptas, tria praecedente requisitione, demum accedente Ordinum consensu, Volumini Legum insertas. Si in absentia nonnullorum Nunciorum aut per incuriam, illis ignorantibus, non ad mentem illorum stetit constitutio, non Directori, sed absentiae, aut inadvertentiae crassae tribuendum. Nec fidem Episcopi deputati aut Directoris et aliorum ad connotandas Constitutiones in ordinemque redigendas Deputatorum censurae subijciendam diffidentiam hanc praescribendo, Directori e

Deputatis fidelitatis Juramentum, nulla exigente necessitate Reip. ductam. Jugum cum dedecore et opprobrio liberae genti impositum. Indecorum generosa pectora generoso edita sanguine serviliter ractari. More antiquo procedendum. Praedecessores imitandos, qui pro fide, conscientia et honore, consulendo saluti Reipub. eandem laudem posteritati reliquerunt. Quod etiam allegatum fuerat in Judicio Tribunalis Lublinensis. Decretum contra praeteritum Directorem in contumaciam latum, indebite et illegitime contra Lithvanum in Regni Tribunali non in competenti foro Judicium formatum, cum extra sphaeram etiam Tribunalitiae potestatis sit, cognitionem facere non audeat, quae totam concernunt Rempub. De legitimitate constitutionum decernere, non Tribunalitiae potestati subiectum, quae leges a Reipub. sibi datas executioni mandare et manutenere obligata, non autem sancitas in Comitibus Constitutiones in dubium vocare et censurae subijcere. Vel maxime cum causa sit in maiori praedicatione, quam causatum, hoc in casu quaerulandi, non decidendi, a Reipub. datum Tribunali potestatem. Hanc praesumptionem in praeiudicium auctoritatis Reipub., Constitutione nova exterminandam Tribunalitiae potestatis circumscriptione facta, ne in futurum liberius peccando, supremam auctoritatem omnium Ordinum convellere praesumat.

Director modernus protulit se omnia iuxta praescriptam Juramenti formam executurum. Cum autem clausula indita sit, Directorem teneri conformare omnia Constitutionibus sancitis, praescribente itaque certa constitutione, Comitibus sex septimanarum elabente spatio praecise terminanda. Terminum concludendorum Comitiorum adveniente, vinculo conscientiae obligatum, Directoris munere deposito, non amplius fungi officio, si prolongatio non cedatur. Aut relaxandum Juramenti vinculum et scrupulum conscientiae subortum solvendum aut alium interea substituendum, qui Juramento solutus Comitibus prolonganda continuare poterit.

Diversae tam a Senatoribus quam a Nunciis dabantur sententiae. Aliis censentibus Rotham Juramenti non tam stricte monendam; primum scopum esse: bonum publicum procurandum; nullam dependentiam a quocunque habendam, nec ulla constitutiones Volumini Legum inscia Reipub. inferendas. Et sic deposito omni scrupulo Directorem in conscientia liberum fore, Aliis visum conscientias tanto vinculo nullatenus ligandas. Juramentum per novam

constitutionem tollendum. Antiquo more procedendum; novitates semper periculosas esse. Unumquemque pro fide et conscientia acturum salutemque Patriae procuraturum.

Episcopi Senatores ultimae contrariebantur sententiae, urgendo, multis rationibus inductis, Juramentum conservandum. Conscientias restringendas, ne libertas peccandi detur. Ecclesiasticos hoc vinculo stringendum, Subsella conscendant Senatoria, aut officio publico admoventur. Proinde nec Directorem aut Deputatos a Juramento liberandos.

Die 27 Februarij.

Inductio iterum praeteritarum nondum exsolutarum contributionum facta, et vehementiori motu agitata et acrioribus e cerebro saecularium enascentibus sententijs. Episcopi impetiti cum iactura temporis multa contra Clerum commemoratione minus digna prolata. Dependenciam quidem Episcopos et Clerum a Summo Pontifice et S. sede quoad Spiritualia habere, Reipub. vero in Saecularibus Reipub. concernentibus status materijs subjectos esse: Nunc refragarios per constitutionem restringendos, ut publicae et Ecclesiarum consulendo securitati, onera publica subeant, et contributiones accedente illorum voluntario consensu sancitas et non extraditas, brevi concessio temporis interstitio extradant. Perlecta itaque per Directorem Nunciorum constitutio de contributionibus non extraditis, illasque termino praefixo pro festivitate Paschatis aut Scti Joannis Baptistae, sub paenis triplicis pensionis in Lege descriptis extradendas et per militarem executionem, in casu non persolutarum summarum, requirandas novasque in moderno generali conventu sancientas, ad mentem Reipub, aequaliter cum saecularibus praescripto termino contribuendas. Nec amplius Spiritualibus displicere posse, quod semper olim placuit comprobantibus Ordinibus. Episcopi praememoratam Constitutionem validissimis argumentis, uti etiam Saecularium illationes, impugnando, invalidandam censuerunt. Tandem Archiepiscopus Gnesnen., Primas Regni, auctoritate praevalens intulit Illustrissimo ac Reverendissimo Dno Nuncio Apostolico hunc casum Nuncijs proponendum; cuius habita declaratione aut consensu onera a Spiritualibus

equaliter cum Saecularibus ferenda, Unde inter Nuncios motus exorsus, inferentibus simillima a Spiritualibus nullatenus in modo conibuenti quaerenda superfugia; sed illos per Constitutionem indutam obligandos, ut necessitati Reipub. aequaliter cum alijs succurrant.

Archiepiscopus nolendo amplius importunas audire sententias, indignabundus e Senatu abiit. Unde magis Nuncij exacerbati tenacitatem Archiepiscopo et Episcopis adscribendo, summas considerabiles congregatas, si non Ecclesijs ampliandis, saltem conservandae Reipub. tribuendas, vel etiam redemptioni captivorum, precioso Saluatoris sanguine redemptorum, impendendas. Tandem intumescens semper maiori animorum motu, duo Nuncij ex Minori Polonia contra Clerum protestando abutum ex Senatu rupturam Comitiorum meditando, accelerarunt, qui tamen per Directoris dexteritatem et aliorum detenti. Interea haec contrariantibus sibi semper sententijs difficultas nullum sortita effectum. Nec quidquam certi statutum. Demum assentientibus omnibus Ordinibus, sublevatio contra praetentum Directorem decreti in contumaciam lati per constitutionem data, ea tamen conditione, ut compositum Tribunalitium Iudicium ex Spiritualibus et Saecularibus pristinae restituatur auctoritati. Quod ab Ordinibus concessum.

De autione militiae et securitate interna, uti etiam de novo nodo contribuendi inductio facta. Quia autem Aerariorum publicorum nondum fuit exhibitus calculus, nec rationes tam perceptarum quam erogatarum summarum productae. Nec etiam Legatio Moschovitica excepta. Proinde Ordinibus visum has materias status in subsequentes differendas dies. Interea visum privatas per Provincias sessiones saluti publicae consulendo continuandas. Si non offensiva, saltem defensiva cudenda arma, ne classicum canente Oriente Polonia delitescat et hostis ex suspecta Orbis parte erumpens Polonos inermes insperate opprimat.

Ultimarie prolongationis Comitiorum inducta quaestio, quae diu agitata, renitentibus ex Masovia Nuncijs, tandem in contrarium praevalentibus vel maxime Lithvanorum validis suffragijs concessa et sic nulla alia pertractata materia, in noctem declinante die, Soluta Sessio.

Die 28 Februarij.

Reassumptio praetensionum toties inductarum a Nuncijs denuo facta, argumentis pro et contra indies accrescentibus diu decertatum. Necquidquam novi aut commemoratione dignum illatum. Sed passione proferebantur sententiae saecularis Spiritualem statum perstringentis prosecutus sententia. Episcopi replicando et dissolvendo contrariantium argumenta pro libertate Ecclesiastica et Senatoriae dignitatis, vota dabant. Interea post multas controversias salutis publicae consulendo Episcopus Posnanien. nomine Primatis Regni et aliorum absentium Episcoporum protulit. Considerando aerarii publici defectum Remp: que exhaustam et in periculo constitutam, statum Ecclesiasticum non ex debito, sed benevole summas retentas et praetensas extradere paratum, commodiore tempore, non autem pro festo Paschatis aut Nativitatis S. Joannis Baptistae praecise. Libertatem Ecclesiasticam conservandam, non autem armata manu per militarem executionem in vilipendium et praeiudicium status debita praetensa cum triplici pensione a subditis extorquenda. Spondere se nomine aliorum absentium verbo Episcopali et Senatorio ea extradenda. Replicatum: constitutiones anteriores de modo contribuendi iam ab Episcopis quam ab omnibus ordinibus libere sancitas, nunc novo suboriente scrupulo per Ecclesiasticos retractatas. Cautiouem in scriptis ad archivum dandam de summis retentis eas infallibiter praescripto termino persolvendas. Insuper etiam per Constitutionem novam praedictam cautionem roborandam et in casu contraventionis termino persolutionis elabente, forti manu restantes summas a subditis requirendas. Episcopi declarationem in praesentia omnium Ordinum sufficientem esse asseruerunt, nec cautionem successoribus praeiudiciosam dandam aut executionem militarem in praeiudicium immunitatis Ecclesiasticae acceptandam. Praecavendum ne in sequelam cautio minus caute ab Ecclesiasticis data trahatur. Verbo Episcopali et Senatorio fidendum, nec novitatem inusitatam inducendam. Diu iterum disceptatum cum totius diei iactura contrariantes sibi prolatae sententiae. Tandem Episcopi rupturam Comitiorum mature providendo et conservationi publicae studia impendendo declararunt. Cautionem tamen praetensorum debitorum pro festivitate S. Joannis exsolvendorum dandam

umque constitutione roborandam. Praecavendo ne in omnem causam, ob non totaliter extraditam praetensam summam executioni miserari Spirituales subiaceat status. Prima declaratio a Saecularibus inaequalis suscepta suffragijs, Sed ultima ratione executionis militaris impugnata. Asserentibus Nuncijs non directe contra Spirituales, sed subditos contra, ad persolutionem debitorum reducendos. Contrariantibus Episcopis nihil hoc super ultimo puncto conclusum. Ulterius in noctem declinante die, siquidem a Nuncijs non aequaliter obsequiorum prolongatio declarata, iterum per Palatinatus requisitio facta, a varijs varie sentientibus prolongationes declaratae. Primarie requirente status ratione, ut prius excepta Moschorum Legatione, concilia publica accepto ex re consilio melius coalescant, ad subsequendum diem Sabbathi Comititia prolonganda conclusum. Hanc autem prolongationem non in favorem Episcoporum (qui contradictorij sententij militarem detereant executionem), sed ob amorem publicum civitatis securitati concessam. Saltem interea temporis Patriae periculis et scopulis Ottomanicis aliae, cuius beneficio amplissimas possident fortunae, subsidia charitativa semoto omni subterfugio dantur. Accidit etiam, ut cum per Palatinatus prolongationis sententiae dantur, Palatinatus Czernichoviensis praeponebatur Livoniensi. Livoniensis incusantibus et protestantibus omnino hunc errorem studio, aut per iuriam commissum corrigendum urgentibus. Differentia inter Nuncios facta, Czernichovienses allegarunt, per pacta Olivensia Livoniam Svecis traditam et licet Episcopus, Palatinus, Castelanus et alij officiales recenter constituti, tamen nihil in praeiudicium praesumendum, recentes ultimo locum ponendos prioritatemque Czernichoviensibus de jure competentem in Senatu, quam in conventu Nunciorum concedendam. Livones recitarunt incorporationis Livoniae pacta perspicienda. Prius Livoniam regnante Rege Sigismundo Augusto incorporatam, demum regnante Stephano, Czernichoviam et Smolensciam Reip. accessisse. Transdunanam autem citeriorem Livoniam Svecis traditam. Ulterius Titulum Regium considerandum, in quo Livones alijs praefertuntur. Proinde et subsellia Senatoria et suffragia Nunciorum praerenda. Unde Nuncij Livonibus contrariantes abutuntur cum protestatione e Senatu festinarunt. Livones intulerunt, protestationes in Constitutionibus fundatas nullius momenti esse. Sibi veram praestandam occasionem et si praerogativa legitime praetensa concessa non

fuerit, se cum protestatione abituros. Interea protestantibus Nuncijs revocatis soluta Sessio.

Die 16 Martis nulla fuit Sessio.

Die 17 Martis

Multae inductae materiae. De autione militiae ad securitatem Reip. conservandam. De publico per novas contributiones locupletando aerario. De relatione conferentiarum institutarum facienda. Et alijs privatis desiderijs.

Nuncijs accepta a Mareschalco licentia sententias ferendi. intulerunt: nondum in obiectionibus factis habita a Thesaurario Regni satisfactio de inductis novis contributionibus, aut autione nihil decidere posse. Difficultatem toties illatam terminandam. Unum Senatoriae dignitatis subsellium, non duas capere posse personas. Illum, qui prius Regi Poloniae et Reipub., demum Regi Galliae juramento fidelitatis obstrictus duplicique capiti subiectus, pro monstro habendum, e Senatu exterminandum. Ne monstrosos et turbulentos Reip. denique perniciosos inducat faetus. Multa stymulante offensae scintilla, tandem in flammam erumpente, contra Supremum aerarij publici Praefectum pro libertate vocis prolata. Ab alijs pacatiores datae sententiae. Neminem non audita causa, licet inculpatum, de facto condemnandum. In libera Rep. iustificandi, iuxta Regni statuta libertatem concedendam, nec violenter in tali procedendum casu. Replicatum Exstantibus documentis evidentibus, beneficia juris deneganda ne dilationem concedendam, ne quaesitis speciosis effugijs Remp. cludat. Invalescente rumore centum millium florenorum ora Nunciorum observanda. Multi inde exorti motus, cum dispendio temporis. Thesaurario absente ad alias propositiones accessus factus. Nec illae a diversis diverse sententibus conclusae. Nisi ut modus contributionum statuendarum privatis in sessionibus adinveniatur. Procancellarius concordiam svasit, Remp. tot calamitatibus afflictam non amplius affligendam. Remp. in se divisam ruinae propiorem esse. E Reip. dum in publicum consulitur, inimicitiae et dissidia tollenda. Certum esse in Turcia arma parari, quorsum convertenda ignorari. Praeca

lum ne simili Polonia circumveniatur fraude, uti accidit regnante Casimiro. Sparsis rumoribus falsis a Carolo Gustavo Rege cae, arma contra Imperium Rom. expediri Poloniam ab invasio-armistitij nondum expirante tempore, securam futuram, contra eventum comprobante factum. Remp. internis simultatibus dimissis, armis defensivis destitutam, insperate aggressam, praedae data, denique funditus eversam. Comitibus nullo subsequente fructu conlocata et indies prolonganda securius Reip. securitati quam primo providendo, concludenda. Ne Turca contra imparatos et inertes, 28 Martij (uti historiae Polonicae comprobant) exercitum expediat. Nec mirandum, cum Imperium Turcicum sub eleviori exitu impio, etiam propitio caelo citius, pabula iumentis concedi. Nec his diebus per prolongationem concessis salvam contra improbos hostiles impetus Remp. reddendam et saltem defensiva capiendam arma. Nec Moschovitica contemnenda subsidia: quibus fidendum, quorum res agitur, qui inter malleum et incudem existunt. Considerando ne eversa Polonia, illis demum graviore sint hostes.

Diversae demum datae sententiae. Primaria expostulatio facta sessione cum Moschis habita relationem faciendam, ut eo facilius subsidia in commodum publicum suum sortiantur effectum. Declaratio subsequenti die exhibenda. Tandem nulla alia illata questione soluta Sessio.

Die 18 Martij.

Magni momenti negotium tractatum, obseratis portis Nuncij secretorem intromissi, praesentibus tantummodo Senatoribus et Nunciis, coram Regia Mte conferentiarum cum Legatis Moschoviticis harum relatio facta. Primarie inter alias difficultates de tractandi concludendi plenaria potestate, in conjunctionis armorum negotio fundamentaliter autorisanda, requisitum. Ob eam rationem ne amplius procedatur, et Reip. detrimentum causetur, incedente fama fraudulenter Moschorum cum Polonis hactenus cum Turcis vero occultos secretos aut armistitij fuisse tractatus. Responsum datum: Legatorum publico munere functis et literis creditivis munitis fidendum: quod quoniam unquam cum Turcis secretos intervenisse tractatus et si crederetur diffidentia prolatis non danda foret fides; cautione juratoria

dicta comprobanda, et plenipotentiam insuper exhibendam. D modo gens Polona, diffidentia omni semota, sinceram cum Mo: confidentiam colere et faedus contra Christianitatis hostem inire lit. Certum esse Magnum Moschoviae Ducem armatum cum tentissimo exercitu initio veris in hostico adfuturum, eandem s mendam resolutionem. Ut eo facilius arma universae Christiani imminetia Barbaris mature excutiantur.

Cum autem plenipotencia originaliter exhibenda de die in c dilata, suboriente ab utrinque maiori diffidentia, decertatum rati bus, Commisarij Deputati caute agendo, ne Turca de faedere of sivo vel defensivo cum Moscho ineundo, habito indicio, totam molem contra Remp. inermem convertat; pro speculatoribus po quam amicis reputandos censuerunt. Obiectionibus factis, persc maioris conditionis et praeeminentiae ad tantum negotium per ctandum requiri itaque in elusionem praesentes missos. Replica non sine indignatione: Neminem in aula Magni Ducis tanta po autoritate et ita acceptum esse sicut modernus primarius Lega qui consortem M. Ducis flagrante contra Poloniam bello Moscho co, Nobilem Polonam Virginem in teneri aetate constitutam in fil sibi adoptavit: quam ob speciosam formam et virtutibus decoi Magnus Dux (uti in Moschovia mos est) pro socia Throni et ti suscipiendam censuit. Nutritium Virginis et educatorem a Ma Duce pro patre susceptum. Et licet publicis Senatoriae digniti non fungatur officijs, illi maiori a Magno Duce data auctoriti hanc prae alijs Ministris coniunctionis armorum concludendi conc sam potestatem. Fidem itaque sine scrupulo declarationi facien dandam. Nimirum a Magno Moschoviae Duce exercitui Polono millia militum selectorum, alia 10 millia Lithvanis cum omni ap ratu bellico et nervo belli, additis 60 tormentis bellicis unienda directioni absolutae Supremorum Ducum utriusque gentis exerci danda. Reciproce a Polonis exercitui Moschovitico ad coercen Tartarorum incursiones quinque millia equitum Polonorum levis arr turae iungenda. Totum militiae Moschoviticae corpus prope k viam in promptu adfuturum.

Variae hac super relatione datae sententiae. Pluralitas vo rum ad unionem armorum acceptandam propensa: inductis pericu a Porta Ottomanica imminentibus, coniunctionem benevole accept

in et ad defensivum, si non offensivum bellum, arma corripienda
essent. Sine secus acciderit; recusata coniunctione Moscho in furiam
transiit et desperabundo ansam ad iniqua cum Turcis pacis ineunda
proposita dandam. Unde extremum Polonis et toti consequenter Chri-
stianitati inducendum exitium, everso nimirum funditus Christianita-
tis fundamentum, totam Christianitatem periclitaturam, iisdemque ruinis
volvendam. De subsidijs Christianitatis non desperandum: illa in
comptu ad futura requirente, status totius Christianitatis ratione.
aliqui quibus magis pax quam bellum placere videbatur: contrarias
erulerunt sententias, pericula et multa subsequutura incommoda infe-
rendo, probabilibusque non autem evidentibus comprobando argu-
entis, pacem conservandam svaserunt. Sed contrariantibus exce-
sse illationes votis, cum dispendio temporis. Ultimarie Nuncij hu-
millime hac super difficultate a S. R. Mte declarationem clementer
indandam petierunt. Ad consilia Supremo Reip. Nauclero conforman-
ti, cui salus Reip. curae est et qui a sublimi Throno pericula immi-
nentia speculando et praevidendo, illa avertere et Remp. salvare po-
tuit. Eundem etiam Reip. periclitanti salutarem et paternam por-
tuturum dexteram. Declaratio hac super humillima petitione Regiae
liberationi subiecta, quae denuo inito cum Senatoribus consilio
Reip. patefacienda. Et sic soluta Sessio.

Die 20 Martij.

Ante sessionem omnium Ordinum, privatim, solis praesentibus
Senatoribus consilium bellicum institutum: De autione militiae et
armorum conjunctione. Si non offensivis, saltem defensivis armis de-
berandum. Plurimorum vota Senatorum inductis rationibus ad
autionem militiae et arma defensiva induenda erant inclinata. Interea
nihil certi conclusum. Sed ulteriori omnium Ordinum deliberationi
subiecta decisio.

Sessio demum ab Ordinibus, modo procedendi hactenus con-
stituto, ne hosti Reip. consilia pateant inchoata. Solis Senatoribus
Nuncijs terrestribus praesentibus de securitate publica consultatio
proposita. Auctio militiae et coniunctio armorum, inductis pro et contra
rationibus diu cum iactura diei ventilata. Nuncij ex majori Polonia
contrariantibus sententijs, nullis validis sententias comprobantibus

rationibus bellum offensivum aut defensivum improbarunt. Pauci Polonae indecoram praeferendo: Suspicione laborantes et electori Brandeburgico faventes, arma non contra Turcam, sed Electorem convertenda. Aliorum et quidem plurimorum mens erat coniunctionem cum Moschis faciendam auctionemque militiae standam, in promptu ad Reip. conservandam securitatem et hos devertenda arma. Moschos nullatenus infectis rebus dimittendos in furiam versi iniquis etiam conditionibus cum Turca pace concessa, Reip. et universae Christianitati interimum accelerent. Conversa magno motu agitata, ita ut Notarius Castrensis generalis cum protestatione ex Senatu abire nisus, protestando contra Nuncios Majoris Poloniae, qui bellum defensivum detrectant. Inter Directoris persuasionem detentus, ea conditione, ut contradicentes Nuncios a sententijs recedendo aliorum accedant; sin secus nec prolationem amplius expirante termino concedendam. Si quidem interim absumpso tempore nulla salvandae Reip. data consilia aut quaequam certi conclusum.

Praevalentius itaque plurimorum suffragijs ad arma defensivae corripienda Reip. propensa videtur. Publicum omni interveniente improviso casu totius Ordinis Equestris absque trina commonitione sed una solummodo publicata per Palatinatum indicendum motu ut sub paenis in Lege descriptis totius Regni Nobilitas viritum ad Castra confluat. Novas contributiones auctioni militiae impendendae privatis in Sessionibus determinandas, et auctoritate Ordinum interveniente sancendas, consulta tam diu protracta festinanter exequenda. Ne dum Varsaviae consulitur, Regno insperate hostilia inferantur arma. Interea nonnullis contradicentibus nulla subsequuta conclusio. Et sic sine fructu soluta Sessio.

Die 21 Martij.

Eadem status materia inducta. Et throno Regio prolata. Infelicem censendam Reip., ubi tot capita diversis opinionibus passionis distracta, distrahunt consilia. Feliciora alia Regna, ubi paucitate consultantium saluberrima data consilia promptissime executioni mandantur. Certum esse capita a sublimi mente demissis diverso tendere semper tramite. Et Vistulam indistinctos defluente

ivos debiliorem fieri, qui si in unum confluant maiorem Reip. dari fructum. Remp. Venetam et alias considerandas, ubi exiguo consulationi concesso tempore consilia coalescant. Perpendenda pericula Reip. imminencia, quae nisi mature avertantur, interitum Reip. avertent. Tempus consulationibus concessum in declivio existens, salutis publicae impendendum et feliciter Comitibus concludenda.

Nuncios anterioribus tamen insistendo sententijs diversi diversa sentiebant, et non sine animorum fervore vota ferebantur. Magis enim pertinacia quam rationibus diu decertatum. Lithvani ad arma contra Turcam defensiva corripienda propensi. Unionem animorum et armorum cum Moscho ineundam et auctionem militiae faciendam dies inductis rationibus svaserunt. Quorum sententijs plurimi ex Regno Nuncios accedendo securitatis publicae consulendo arma arripienda comprobant. Sed alij renitentibus cum dispendio diei et animorum fervore, toties inductis rationibus a varijs edita suffragia. Nec quidquam certi conclusum. Qui pacem nunc tantisper tolerantiam et bello defensivo praeferebant censuerunt: extraordinaria Comitibus, uti hactenus memoratum, circa autumnum indicenda: ut commodiori tempore publicae securitati consulatur et errores Reip. prius inducti corrigantur. Persvasis ad facilius praememorato tempore Reip. consultum iri post longas controversias cum iactura temporis sine fructu soluta Sessio.

Die 22 Martij.

Difficultas coniunctionis armorum et securitatis publicae nonnumquam decisa Ordinibus decidenda proposita.

Variae denuo datae sententiae exorta inter status diffidentia. Qui bellum promovere conati contradicentes censurarunt: sub auspicio non proprio, sed alieno indito Spiritu, sententias contrariantes datas. In contrarium prolatum vigore instructionis sibi injunctae securitatem procurandam, non autem hostilia induenda arma. Nec sub praetextu defensionis contra Electorem Brandenburgicum convertenda, qui decem millia selectorum militum, ad ferendas Reip. contra Turcam suppetias per suum promittit Legatum. Eius auxilia acceptanda et vicini Principis amicitiam colendam. Replicatum: promissis Electoris non fidendum illius, ratione status exigente, proprium

non Reip. versanti animo commodum, ut eo facilius bona Radziviliana praetensa occupare possit. Considerandum: Subsidia semper Reip. onerosa fuisse. Nec ea abijcienda, dummodo non sint suspecta. Et miles in subsidium datus gravior hoste sit, ut saepe accidit, aliorum Principum Reip. addictorum, et quorum salus Reip. salute dependet acceptanda. Primarie in Summi Pontificis auxilijs confidentiam ponendam, qui paternam gerendo curam, non tantum ex sacro aerario sumptus dare promittit, sed et Christianitatis Principes ad faedus contra Barbarum ineundum stymulat.

Plurimi erant huius sententiae: omnino coniunctionem armorum cum Moscho concludendam auctionemque faciendam. Et Senatoribus certas legiones proprio aere conscribendas et sustentandas declarantibus, Lithvania accessit et pars contradicentium. Renitentibus alijs quorum studia distracta videbantur, nihil certi conclusum. Sole demum in occasum inclinante et termino prolongationis expirante de prolongatione disquisitio facta. Alij denegantibus, alijs ad paucos dies secedentibus, controversia inter Nuncios exorta, tandem interveniente Regiae Mtis auctoritate sedata. Ea tamen conditione prolongatio a diversis diverse concessa, ut sola auctio militiae et coniunctio armorum decidatur, alias status materias ad futura commo-
diori tempore indicenda Comititia rejiciendas. Sine secus contrariantibus nonnullis nuncijs tempus inutiliter absumendum foret, et Respublicae defensionis armis destituta, praedae derelinquenda, sutuis rumpenda in promptu Comititia. Ne ut umbra offensae Turcis data magis cre-
scat, et totum Polonum obumbrare studeant orbem. Et sic nulla alia inducta materia, soluta Sessio.

Die 23 Martij. Nulla fuit Sessio.

Die 24 Martij.

Crescente maiori indies confidentia, cum Moschoviticis Legatione habita. Propositum synceram inter Nationes firmandam amicitiam et unionem animorum et armorum hosti formidandam, acceptandam Magni Moschoviae ducis unicum studium esse: ut salvando Reip. Polonam, Moschoviamque consequenter totam Christianitatem salvam reddere possit. Difficultatibus exortis pro et contra rationes datae quae tandem pacificis medijs compositae. Nimirum viginti millia militum Moschoviticorum bene armatorum et tormentis bellicis additi

Rep. acceptanda. Decem millia Polonorum equitum aere Moschotico comparanda et exercitui Moschovitico unienda: ad Tartarorum cursiones frenandas et diversionem armorum faciendam.

Conclusum itaque Magno Moschoviae Duci hoc super negotio dandum. Proinde Cursor pernici equo in Moschoviam missus de coniunctione armorum et de pactis conventis portaturus notitiam: qui intra sex septimanarum decursum cum Magni Ducis confirmatione rediturus. Interea Legati Moschovitici Varsaviae permansi. In privato Regiae Mitis consilio diversis ambientibus decem millia Polonorum equitum Moscho suppeditanda illorum directioni condenda declaratum. Sieniavium, Curiae Regni Mareschalcum, huic uneri praeficiendum, illumque cum praememorato milite ad Castra Moschovitica mittendum.

In Senatu plurimi ad arma corripienda et coniunctionem armorum prospectis bene imminentibus periculis propensi. A paucis vane speciosis rationibus inductae difficultates: egestatem publicam ultraque privata incommoda subsequutura proponendo. Validis rationibus bellum sub alijs promotum. Spem primariam in Summi Pontificis auxilijs ponendam; nec Christianitatis Principes Reip. in suppensis ferendis defuturos. Cum universae Christianitatis salus a Polonia dependeat salute. De modo, tempore et quantitate auctionis militiae, uti etiam de contributionibus novis sancendis et quam primum tradendis, disquisitio cum iactura temporis facta, nec quidquam certi conclusum. Tandem differentijs exortis praedictae quaestiones maiores causaturae motus; privatae deliberationi subiectae; ut eo facilius in Senatu demum determinari possint. Inducta quoque privatorum desideria a quibusdam Nuncijs, eadem ad mentem confratrum definienda Replicantibus alijs ea conditione prolongationem concessam, securitati publicae solummodo provideatur, aliae status materiae privatorum desiderijs ad indicenda denuo rejiciatur comitia. Insuper itaque quaestiones securitatem nullatenus concernentes ad feliciora tempora rejiciendas censuerunt. Hac difficultate terminata alia aborta. Nuncij ex Prussia praeteritum Ensiferum Regni, nunc Patinum Marienburgensem nullatenus pro eodem agnoscendum declarant, pacta Incorporationis allegando et iisdem impugnando Palatum argumentis, quibus Episcopum Posnaniensem Nominatum Culensem prosecuti. Non sine fervore haec Prutenorum illatio exce-

pta ab alijs censentibus hanc quoque illationem, non ad publicam spectantem Reip. defensionem rejiciendam. Sufficenter hactenus ductum in conventu Ordinis Equestris, Polonos pro indigenis in Prussia censendos. In contrarium prolatum Episcopos et alios Ecclesiasticos per conniventiam et incuriam quidem olim acceptatos. Quos Ecclesiasticos tandem indigenatum, qui Ecclesijs praesunt et salutem populi curant concessibilem videri. Saecularium non indigenis et tamen generis nullatenus subsellia Senatoria solis Pruthenis competentia cedenda. Contra quos si in Prussia exorbitaverint, nulla executio bonis haereditarijs extra Prussiam possessis fieri poterit. Multo temporis hac super difficultate, cum rupturae Comitiorum periculum absumptum. Nec differentia inter Nuncios bene composita, solus Sessio.

Praeteritis diebus festivis ad mentem Regiae Maiestatis sessiones per Provincias diversis in monasterijs, solis Provinciarum Senatibus et Nuncijs praesentibus, institutae. De bello offensivo aut defensivo et securitate interna, aut pace conservanda, inductio facta in omnibus privatis sessionibus. Dabantur pro et contra sententiae ad pacem magis quam ad bellum proniores. Licet in Senatu, Senatorum vota ad arma summenda inclinata fuerant, Ordo quoque tertius classicum canere videbatur. Paucis bellum suadentibus; sententiae plurimorum et fere omnium de conservanda pace in prioribus fuerunt praedicamento. Multa a Nuncijs subsecutura inducta incommoda. Rempubl. contributionibus exhaustam novis amplius non aggravandam. Nec ulterius tanto oneri ferendo parem esse. Eamque in tanta egestate existentem, nunc novo onere contributionum elitorum. Pacem minus decoram eoque conservandam et mantinendam, donec sidus serenum Polono affulserit Orbi et Ganges a Tyberis aureos et argenteos exoneraverit rivos. A Sede Apostolica certas sperandas suppetias, in Sanctis^{mi} equidem omnem spei suppetijs ferendis ponendam. Aliorum vero Principum subsidijs incertis et fuco delinitis, coniunctionique Moschoviticae nullatenus credendum. Vicinorumque Principum fidei, qui Poloniae ruinam accelerare videntur minus fidendum. Rationem status externorum Principum penitus penetrandam, quorum studia in proprium, non alienum incitant commodum. Praecavendum itaque ne ex oriente a Polonis excitata flamma, a meridie, semtemtrione, fortassis et occidente furial

is subministratis facibus incendium universae exoriatur Reipub. et r incautum procedendi modum proprijs involvantur ruinis et ci-ribus.

In secreto Consilio conclusum: Exercitum Lithvanicum exau-ndandum armaque e manibus Supremi Ducis Lith. excutienda, ne-ctori Brandenburgico (suspicione probabiliter invalescente) favens,aiora praesumat.

In eodem consilio conclusum: minoris Cancellariae Regni nomi-to Marienburgensi Palatino, Spirituali induto toga sigillum his die-is conferendum.

Haec contradictio non gratantur a Nuncijs excepta, tandem pa-ficis moderata suffragijs. Consensus ab Ordinibus datus, ut per-constitutionem novam Decretum Tribunalitium in contumaciam olim-rectoris latum auctoritate praesentis conventus per Constitutionem-raliter tollatur. Ea tamen conditione, ut Constitutio de fidelitatis-ramento a Directore et Deputatis praestando, in perpetuum ma-reat. Perlecta itaque Constitutio cassatoria Decreti Tribunalitij com-macialis. Cui assentientibus saecularibus, Episcopi remoram indi-erunt. Urgendo prius Tribunalitiam auctoritatem et potestatem ex-pirituali et Saeculari olim compositam restituendam, irrumpentibus-roribus in absentia Spiritualium, decretis a Saecularibus contra Spi-rituales latis, multa minus convenientia accidisse in praeiudicium sta-tis Spiritualis. Itaque renitentibus Episcopis haec Constitutio omnium-on sortita assensum.

Ultimariae ad connotandas et in ordinem redigendas Constitu-ones ex Senatorio Ordine a Regia Mte sunt deputati: Episcopus-armiensis, Palatinus Bradslaviensis Zamoiski, ex Lithuania Palatinus-itepscensis. Ex Ordine Equestri videlicet ex minori Polonia Capi-neus Stenziensis, Pocilator Sanocensis Kuropatnicki. Ex majori Po-onia Capitaneus Visogrodiensis Lasocki, Dapifer Kalissiensis So-olnicki. Ex Lithuania Dapifer Vilnen. Dąbrowski, et collega eius.

Et sic vesperascente die Sessiones e Throno Regio per Pro-ncias instituendae, ratione securitatis publicae declaratae. Soluta-essio.

ad relationem d. d. 14 Octobr. 1726

Compendium Diarj Comitiorum Ordinariorum

Anno Domini 1726 die 28 Septembris

Grodnae ex limitatione celebrandorum

Sessio 1^a

Ante inchoationem comitiorum rex serenissimus priusquam inchoata fuerunt comitia, hac septimana prius dedit audientiam nuntijs Districtus Grodnensis; Die autem hesternam dedit aliam audientiam Rrdo Lisiewski episcopo smolenscensi qui praestitit juramentum supra episcopatum suum.

Die vero hodierna antequam incepta sessio fuit in stuba nuntiorum juxta extradita universalialia S^a R^a M^{tas} prius e Palatio suum in comitatu hic praesentium Illustrissimorum senatorum ministrorumque status publici, tum et Nuntiorum ad Comitata destinatorum pedestri per forum Civitatis ibat ad ecclesiam parochialem ad divina; quibus peractis in eadem assistentia redibat ad Palatium suum. Et tandem omnes Illustrissimi nuntij e cubiculis regis moverunt gressus suos ad stubam nuntialem, ubi inchoando sessionem Mareschalcus comitiorum, Imprimis gratias egi Serenis^{mo} regi pro illius solita circa bonum publicum cura et iterum congratulando felicem adventum et visionem omnium nuntiorum invitabat ad salutationem S^a R^a M^{tis} c^o debentur omnes grates; Conclusa autem voce sua dedit voce Mag^{tr} Wielopolski et collega illius nuntii ex districtu Oświecimensi palatinatus Cracoviensis, tum et alij nuntij ex palatinatibus majoris Polonice ad secunda post limitata comitia destinati; qui in hac sessione nullas materias adhuc inferebant praeter solutionem stubae nuntialis exposcentes simul visionem Sern^{mi} regis. Cum autem assumpserit vocem suam Mfcus Małachowski starosta Opoczynens conquirebatur super limitationem comitiorum, quod hoc extra praxi^o jurium simul etiam et novellae legis tractatus Varsaviensis solet esse deinde continuans, vocem suam intulit:

Hodie diem esse decretoriam comitiorum, quae debebantur incipi ante sex septimanas; cum autem hodie dies decretoria petiit vadicere Ser^{um} regem, et non continuare ultro comitia ex limitatione, dummodo comitia ordinaria die Lunae ineant.

Ad quod Mfcus Karwowski nuntius Branscensis reposuit, nullum esse praedictum iuribus et novellae legi, qua propter absque rupulo tenentur continuari comitia, solummodo circumscribere tempus, quamdiu subsistere debeant; Et si in quantum aliquid esset derogatum iuribus, tunc antequam rex Serenissimus salutabitur, prius forare projectum suavit non in vanum Dominum perturbare: qui magis sibi pro importuno quam pro grato iudicare posset: et ibidem statim determinationem consuetandi, non ultra quam ad Sex septimanas exposcere per quod tempus omnia negotia Reipub^{ca} ac praepue legatorum extraneorum expediri possint, quod esset procul ducio cum majori nostrae Poloniae eventu.

Non minus enim suavit ut Redivivus supremus regni Thesaurarius, a viginti annis non faceret calculum, hic ante omnia faciat, non ipsa Respublica? deinde iterato postulabat adire Ser^{mum} regem, ad quod sollicitabat Illstris regens regni contrarius collegae suo starostae Opczynensi exagerando, quod ille vanam infert illationem et quasi esse aliquam derogationem legum, quae et si esset, facillime possit meliorari, solummodo ad ulteriora Comitiorum consultanda iuravit.

Post haec Mfcus Wijzicki nuntius Braclaviensis, condolendo super limitationem Comitiorum ex Rationibus quod Nobilitas inde patinatum non contenta dicit: quandoque veniunt nuntij ex Comitibus, quibus vos perpetuos fecit Dictatores ne autem imposterum istae limitationes sint, priusquam adibunt Ser^{um} regem, certo projecto circumferbere suavit.

Ad quam assensit Mfcus Peplowski nuntius Podoliae, post illis autem assumpta voce Mfcus Scipion starosta Lidensis eundo in sensum illorum remonstrabat vicinorum Dominorum pericula, prout accessus in mare Baltico, Daniae. Angliae aliisque apparatus belli aliorum vicinorum praecipue regis Borussiae in abducendis hominibus iocusque continuata gravamina, quae remonstrando animabat accedere ad alteriores comitiorum Progressus attamen ut has limitationes.

Comitiorum progressus simul ad alternatam legibus circumscriberent ne imposterum fiant.

Mfcus Ożarowski iudicavit magnum praeiudicium legi novella esse, quod non in tempore comitia sint constituta et juxta novellarum legem omnia in toto teneantur esse; Sed cum autem saepissime nevitates intercedunt, prout negotium Curlandiae novum emergens optabat, ut obviens adveniendis quibusvis bonis mediis, ne in aliqua maiora pericula oriantur formare stabilem constitutionem commendavit.

Mfcus Grabski, nuntius Lanciencis hoc solum intulit, non esse necessarium ante salutationem Ser^{mi} regis aliquid projectum scribere sed solum adire Ser^{mum} regem et habere cointelligentiam cum senatu.

Sed cum acceperit vocem Mfcus Eperias nuntius Samogitia multo contradicebat interiori progressui comitiorum, inferendo, quod iam tempus elapsum sit, iam hodie dies decretoria ex limitatione nam Comitia Ordinaria die Lunae subsequuntur, et cum autem summum praeiudicium legibus sit, e loco suo valedictionem Ser^{mo} regi postulabat ad extremum, ut comitia in equis statuenda sit, et inferbat, sed nonnulli interlocutorie dixerunt multos illum equos ad veniendum habere et nunc faenum et avenam caro pretio venduntur.

Mfcus Carczewsky impugnando vocem illius, tum et Mfcus Malachowski inferendo, quod in vanum illi bonum opus volunt destruere suasit ante omnia non tantum in negotio limitationis et alternata projecta formare.

Illius Succamerarius regni Lubomirski, cui omnes pro executione Thorunensi obligationem habebant vocem assumpsit, et post gratiarum actionem suadebat ne stuba nuntialis frustraneis occupet discursibus et discordiis, sed ut quantotius auclerent ad bona medi consiliorum, dum et rex Ser^{mum} in omnibus paratum se offert, dum modo ut ipsi bene agant, et ad constitutionem projectum scribant postea Ser^{mum} regem adeant propter cointelligentiam cum senatu.

Ad quod assentiendo, vexilifer cracoviensis nuntius iudicavit, non laudabilius esse, quam honorem Dno praebere, cui debetur, et si aliquid derogatum iuribus, tunc in hac officina, ubi cuduntur leges meliorare et ad confirmandum Dno proponere, ne importuna aliqua nova impedimenta aliquid inferant, prout negotium Curlandiae.

Ad ultimum representabat Palatinatus sui injurias in tributionibus
ariis. Post haec interlocutorie Mfcus Eperias alloquebatur, dicens,
nec nullum Jus observant, nam omnia violarunt praecipue novellae
gis tractatus Varsaviensis, et Pacta conventa tregerunt, si autem
vultis scribere projectum de alternatione et limitatione, circumscribant
si aliquis nuntiorum inferet, imposterum talem, de hac re pro nulli-
tate habere ac infami. Deinde Illmus mareschalcus et nonnulli nun-
tiantes adibant illum, ut cedat a sua pertinacia quod cum fecerit.

Illmus Dapifer regni allocutus stubam nuntiorum, dixit, ni-
hil facilius in nostra Polonia quam leges condere, sed observare
eisdem nescimus interim tamen suasit scribere in praefata materia.

Projectum addendo etiam auctionis punctum, et militiae solu-
tionem, restaurationem armentariorum Curlandiam bona Osho-
ensia, calculum cum supremo Thesaurario constitutionibus circum-
scribere.

Post hoc Mfcus Wolotkiewicz nil aliud intulit, praeter quod
instulabat. ut alternata circumscribatur legibus suasit, et tandem se-
ntentia soluta ad diem Luna.

Die 30 Septembris Sessio 2^{da}

Illmus Mareschalcus comitorum inchoando sessionem im-
pensis gratias egit contradicentibus, quod unanimiter suprascriptum
projectum concesserunt, et deinceps ad audiendum istud projectum
in genere limitationis et alternate conscriptum alliciebat stubam nun-
tiantem, sed statim Mfcus Karwowski nuntius Branscensis absque de-
terminatione temporis Comitiorum, quam diu durare queant super
solutionem istius projecti non permisit explicando binam naturam Co-
mitiorum ordinariorum, quae durant per sex septimanas, ex limita-
tione autem nescitur, dummodo ante sex annos ex limitatione Grodnensi
erabamus, quod tantum quatuor septimanas occupabunt et ad efe-
ctum pervenient sed nec intra duodecim septimanas substiterunt, licet
tamen magno conatu laboravimus, tamen nihil efficimus, solummodo in va-
num ingentes sumptus perdidimus.

Mfcus Gezsciowski starosta Radzieioviensis ad secunda uni-
versalia ex Palatinatu Cuiaviensi post gratiarum actionem Sermo

regi pro paterna cura circa bonum publicum et venerationem stuba nuntiorum desiderabat, ne frustrando accelerent ad lectionem proiecti, et ex post salvo regressu adeant Serenissimam R^{am} M^{tem} et ibidem impetrare determinationem temporis consiliorum, alias si non esset declaratio ad nullas se accedere declarare.

Illmus Osoliński Thesaurarius curiae regni comptissimo et disertissimo sermone alloquendo stubam nuntiorum animabat ut omissis omnibus scrupulis eant ad Dnum cum actione gratiarum, et ibi penes benedictionem illius, assumant ulteriora consultanda dummodo rex Serenissimus uti Pater patriae, et tutor legum ad omnia desideria totius Reip^{cae} facillime cor aimumque inclinabit prout Dnu clementissimus.

Tandem assumebat vocem princeps Radzivilus Ensifer M. D. Lith^{ae} nuntius Volopiniensis, ad secunda universalia destinatus, quem impugnabat condemnatione G. Wolokowicz pro excessu, quod illum tempore tribunalis Vilmensis gladio convulneraverit, quod volentes omnes nuntij facilitare, moti sunt e locis suis, sed nihil poterunt efficere, licet si plusquam per dimidiam horam penes hoc desudabant.

Mfcus Rusiecki obstando penes nuperrimam praecustoditionem in negotio alternate et limitationis de quo si quidem jam scriptum est projectum sollicitabat illud legere, et ad alia negotia accedere, pro negotium Curlandiae, electionis novae in audito exemplo peractae, suavisit status curlandicos, qua convulsos legum et perduelles; iudicari et eviternae constitutionibus circumscribere.

Post hoc interlocutorie Mgfus Gorszeński nuntius majori Poloniae urgebat lectionem proiecti, et ad negotium Curlandiae post se si quod tempus reservavit sibi vocem.

Mgfus Wielopolski starosta Cracoviensis eundo in assensum Magnifici Rusiecki rigorosissime suasit iudicare Curlandicos status quos per modernam electionem nullo jure hautum multa Pericula Reipbl^{ca} inferunt, hoc idem comprobavit interlocutorie M: Czarowski.

Magnificus Wolowicz nuntius Staroduboviensis suasit, ne inaniter perdant tempus sed potius a praeliminaribus incipiant, regere adeant S-mum et omnia quae attingunt Rempublicam revelent Domino. Ad ultimum tamen alternata et limitatione sint, (s.) postulavit in negotio autem Curlandiae sibi vocem reservavit.

Magnificus Hominskij nuntius Osmianensis suasit inferendo ut scribant propositiones comitiorum non tantum ratione alternatae et limitationis, sed etiam alia negotia cum exteris provinciis vacantia praecipueque prout belli Ducatus magnus in Polonia et minor per thurnum promoveatur, ad quod consensit Magnificus Suski nuntius Lomzensis et nonnulli alij, solummodo praecavendo, ut ante omnia res habeant determinationem temporis Comitiorum, in quam spem soluta sessio ad Crastinum, id est ad 1^{um} octobris.

Sessio 3^{ia}

Sessio hodierna quasi in omnibus assimilatur haesterne, nam quam primum inchoando sessionem Illustrissimus Mareschalcus Comitiorum recommendavit audire lectionem projecti in negotio alternatae et limitationis Comitiorum conscripti, et deinde auctore ad serenissimum regem, dum est declaratio limitationis, quae in perpetuum abrogatur, alternata vero comitiorum suo ordine disposita, quod terum comitia Grodnae post biennium agitabantur, determinatis temporis comitiorum, quae juxta Constitutiones non diutius durare debent, quam per sex septimanas et statim nonnulli postulabant determinationem temporis comitiorum, quam diu durare debeant, qui discursus per voces et interlocutorie occuparunt plusquam dimidiam horam, et ex post cum acceperit vocem Sokolnickij subjunxit ferre iudicium super Illustrissimum Poccay Supremum belli ducem Lithuaniae, quod ille ausus fuerit dare assistentiam pro electione in Curandiam Illustrissimo comiti de Moritz, qua propter praefatus Illustrissimus sententietur pro hoste Patrie ac Perduelli.

Quod cum audiverint Magnifici Savicki et Wolowicz nuntij litardubovienses ex Mag: Duc: Lith^{ae} vel maxime obstando excusant Illustrissimum Poccay, quod ille se ad nullas intermiscuit, nec occasionem dedit; Solummodo Magnificus Karpp. commissarius bellus quod Incola in Curlandia proprio arbitrio et inscio belliduce acceperit non nullos officiales et nobiles tam huc ex Lithuania, quam ex Polonia ob assistentiam comiti de Moritz qua propter manifestatus est Illustrissimus a Vilna.

Ad quod Magnifici DD. Laski succamerarius et nuntios Variensis, Miastkowski majoris Poloniae nuntios nec non Wyzycki

dixerunt quo motios et stadio tot Nobiles et officiales exercituum nostri vicini bene se habentes unquam scientes nec audientes de negotio electionis Domini Moriz sese in assistentiam praefati comitis dederunt: certo certius si non habuissent aliquem penes magnum Authorem et Profectorem nec ausi fuissent discedere in Curlandiam, et ibidem ad hocce tempus commorari.

Est iterum cum summo dolore conquerens super illationem Dni Sokolnicki Magnificus Wolowicz, quod in vanum praefatus ea inferat super nomen tam magni viri, qui non tam in malum, quam in bonum a longo tempore tam Serenissimo regi quam reipublicae adfuit.

Deinde Magnificus Sokolnicki dixit, in nullo offendisse D^{um} Poccay, attamen non praeter mittendo negotium Curlandiae dixit, socius quid culpet si nocentem sublevat; Et tandem Illustrissimus Mareschalcus solvit sessionem ad Crastinum horam nonam matutinam.

Die 2 Octobr: Sessio 4^{ta}

Ob spem meliorem Illustrissimus Mareschalcus consultandi circa horam undecimam inchoando sessionem, alliciebat omnes nuntios (cum jam satis habent ad desideria sua:) in negotiis limitationis et alternatae suasit praetermissis omnibus negotiis accedere Ser^{am} Ram Mtm

Ad quod animosissime suadebat Illustrissimus Thesaurarius curiae regni Dominus Ossoleński cujus persuasionis potior pars intercessit; sed cum Magnificus Sokolnicki non cessando a negotio Curlandiae iteratis vicibus allegabat, quatenus Illustrissimus Poccay qua Convulsor legum judicetur aut se excuset, si non est in culpa electionis novi principis Curlandiae.

Quod nolens pati Magnificus Wolokowicz tenendo honorem Illustrissimi Poccay, quod ille semper pro bono Serenissimi regio et Reipublicae interfuit, et vitam suam quandoque oferebat satis indiscretissima Voce Scomatizande Magnificum Sokolnicki itaque dixit haec verba: felix cui ex campo Bellonae dedit fuga salutem, quo vix non tota stuba nuntiorum offensa ultra tres horas in Confusione manserat, donec venerunt ad reconciliationem, sed nondum perfectam attamen Illustrissimus Mareschallus solvit sessionem ad crastinum.

N. B. Notandum quod is Sokolnicski cum Gniazdowski tempore Confederationis pugnam ad Kowalew perfectiones perdidit, non volens certare pro tunc cum hoste Saxonico nam fuisse corruptus pecuniis: in fuga se dederit.

Die 3^{ia} Octobris

Sessio 5^{ta}

Circa inchoationem sessionis Illustrissimus Mareschalcus comitiorum praebendo gratias summo numini, quod praevidentia ejus die hesternae innovata litigia in stuba nuntiorum scripta sunt.

Quapropter optabat ad ulteriora progredi, praecipue in negotio Curlandiae, et in eam spem dedit vocem Illustrissimo Lubomirski succamerario regni, qui priusquam accessit ad negotium Curlandiae, proposuit contraventionem decreti Thorunensis commissorialis, quo juxta privilegia Sigismundi 1^{mi} adjudicantur ex certo praedio spectante ad ecclesiam Beátissimae Virginis Mariae, P. P. Bernardinis, quod cives Thorunenses teneantur certum quantum de alimentis et pannis pro vestitu quot annis dare; sed non tantum volunt hoc praestare, imo inobedientes decreto catholicorum medietatem, prout extat in decreto, nolunt admittere ad magistratum, qua propter petiit extendere rigorem; ad quod omnium fuit assensus.

Post hoc negotium Curlandiae judicando non postremae reflectionis suasit, non in eundo ultiores disceptationes vocum consulto senatu et ministris status conscribere projectum.

Magnificus Wilkowski nuntius Sochaczewiensis praestita submissione regi Serenissimo pro paterna cura nec non veneratione stuae nuntialis exprimendo voce sua, quod jam alternata a tot annis constitutionibus praecipue anno 1650 circumscripta, et aliis suo ordine curret.

Limitatio autem comitiorum perpetuo juxta projectum obrogatum et commendatorum, determinationem vero comitiorum satis explicavit Illustrissimus Mareschalcus. Deinde promovendo Curlandiam pretio sanguinis ab antenatis nostris acquisitam, ne illi status per nova emergentia novum aliquod periculum Reipublicae inferant pestive obviare suasit, hic ante omnia super illos sententiam fer-

re, illosque omni meliori modo ad obedientiam inclinare.

Quod etiam hoc negotium, uti spectans ad omnes tres ordine non citius incipi debeant, nisi prius adire Serenissimum regem, et ibidem habere cointelligentiam cum senatu sensit.

Illustrissimus regens regni Dunin conformando vocem suam nuper nae voci emissis omnibus animabat progredi ad praeliminari et adire Serenissimum regem, ibique exponere negotium Curlandiae quod non moderno anno ortum, sed adhuc in anno 1719 inceptum fuerit, quo in negotio tempore legationis suae magnae in Moscoviam Illustrissimus modernus curiae regni mareschalcus sufficientem habens instructionem, et non absque spe et emolumento redux in Polonia, dum defunctus Czaarus omnem militiam suam subsistentem ex Curlandia eduxit in Moscoviam.

Nunc autem, cum noviter perpetrarunt inauditum scelus status Curlandici, peractis inquisitionibus merentur sententiarum et paenitentiae circumscribi, in cujus assensum eundo Magnifici Poniatowski, nuntius Kuiaviensis, Rostworowski, nuntius Podlachiae, Boniński Radajewski et alij nuntij Palatinatum Cracoviensis, et Sandomiriensis nec non Russiae similibus vicibus postularunt statuere sententiam ne unquam status Curlandici audent et praesumant aliquid attentare contra regem Serenissimum et Rempublicam. Ratione vero Illustrissimi Comitum de Moritz postulabant per Illustrissimum D. Mareschalcum ut rex Serenissimus qua Vassallum suum ex Curlandia revocet.

Postea Magnus Wyżycki assumpta voce, continuando discursum suum inferebat non esse necessarium accedere Serenissimum regem cum jam omnia praeliminaria Varsaviae expedita, huius autem, ut in Comitibus ex limitatione scribere projecta et statuere leges; quo ad Illustrissimum Poccay, si ille non est auctor electioni Curlandiae nec dedit assistentiam ad eam, qualiter se possit excusare, cum homines ibidem hucusque commorantur in Curlandia, quod vetitum est, per non nullas constitutiones tam antiquas quam novellae legis, quarum contenta legit; Belliduces ne illi audeant et praesumant milites sub sua Potestate a Republica concessos, ad quasvis occasiones aut assistentias alicujus sui amici delegare, tantummodo pro usu Reipublicae conservare, limites attendere invasores impedire aliaque caetera pro bono Reipublicae attentare; Illustrissimus autem

Pocay quo ausu non propriam militiam sed Reipublicae dedit in assistentiam Illusstrissimus Moriz, unde suppositur judicari.

Ad quod Magnifici Sakowicz nuntius Samogitiae, Wolowicz et caeteri alij excusando Illusstrissimum Pocay reposuerunt, non plures Illrnum ad urgentissimam postulationem Illustrissimi Moiz, qui pro actu nuptiali desiderabat assistentiam dedisse milites quam viginti, ut tantum invigilent circa mobilia Illius, Vos iterum evocabit, et unde meretur subire paenam judicij, cum ipsemet non cecidat a negotio Curlandiae, et omnem curam adhibebit cum nostris statibus Reipublicae.

Deinde Magnus Karkowski vociferando anteponebat stuba nuntiorum cum jam habent circumscriptionem alternatae et limitationis, praetermissis omnibus scribere projectum circa Curlandiam, dum non tantum hoc negotium ad moderna Comitia spectat, sed inveniuntur nonnulla alia, quae attingunt totam Rempublicam praecipue a partibus regis Borussiae, qui incessanter homines violenti modo per suos milites ex Polonia ab uxoribus et liberis abducit, aliaque gravamina perpetrat.

Magnificus Mokronowski nuntius Ravensis post salutationem stubae nuntiorum assentiendo alij recommendavit negotium Curlandiae, simul in considerationem regis Borussiae proposuit gravamina.

Post hos intulit gravamen Principum Jacobi et Constantini Sobieski, Palatini Kioviensis, nec non Sackrzewskij hucusque in detentione existentis; qua propter suasit rogare Augustissimum Imperatorem ut possint habere suam satisfactionem.

Ad ultimum superquestus fuit super-nuntium Apostolicum, quod ille nimium Consistoria aggravet, et indiscretissimas sententias super causas nobilium et aliorum hominum ferat, idcirco suasit supplicare summum Pontificem, quatenus revocetur nuntius apostolicus, et ut hanc functionem qua legatus natus administret celsissimus Primas, non praetermisit coaequationem monetae Ducatorum, ut isti certo quanto mutentur, cum respectu hujus magnae collisiones inter popularitatem sunt, et hesternae Luce in facto tumultu, unum hominem occiderunt, et quatuor trajecerunt. Hac finita voce Illustrissimus Mareschalcus comitiorum interrogabat binis vicibus, utrum sit unanimes assensus super formandum projectum in Negotio Curlandiae, cum reposuerint esse, solummodo defensores Dni Pocay

obstabant ne circumscribatur honor illius; quod cum declaratum soluta sessio ad crastinum.

Die 4^{ta} Octobris

Sessio 6^{ta}

Illustrissimus Mareschalcus solvendo sessionem significavit, quod nec dum sit projectum cum omni paratum in negotio Curlandiae tum ratione finientis Proiecti, tum ratione Festi S. Francisci soluta sessio ad crastinum.

Die 5^{ta} Octobris

Sessio 7^a

In inchoatione sessionis Illustrissimus Mareschalcus Comitiorum Significando, quod jam projectum paratum sit cum omnibus circumstantiis secundum desideria spectantibus ad illud, ad cuius lectionem postulabat Magnificos nuntios, ad quod vix non omnes consenserunt unanimi voce.

Sed Magnus Lubieniecki nuntius Czernichovlensis pertinaciter obstando aliquot vicibus negavit, illius lectionem, quousque non assecurabit nos rex Serenissimus in revocatione Illustrissimi Comitum Moriz, addendo, quomodo illum huc induxit, sic debet et educere post aliquot horas autem Magnus Karvowski inter locutorie inferendo, siquidem non est concordia Dominationum Vrarum in lectione projecti, determinationem temporis comitiorum petiit. Et tandem Illustrissimus Mareschalcus dicendo in eo sensu, sperabam hodierna die sicuti penes octavam S. Francisci meliorem comitiorum consultationem, sed dum video dissonum Magnificum Lubieniecki, propterea ob meliorem cum illo cointelligentiam solvo sessionem ad diem 7^m mensis Octobris ad diem lunae.

Die 7^a mensis Octobris A^o 1726.

Sessio 8^{va}

Circa inchoationem sessionis Illustrissimus Mareschalcus postulabat M. nuntios, ut rejectis discussionibus unum bonum publicum

sentientes accipiant optima Consilia in quem finem dedit vocem M. Lubieniecki nuntio Czerniechoviensi, qui se excusans dixit: quod non propter defruendum bonum publicum negat legendum esse projectum in negotio Curlandiae, sed quod non bene informatus fuerit, nunc autem cum sufficienter fuit persuasus, concessit lectionem projecti sub № 1. hic annexi. *)

Tandem Illustrissimus princeps Ratzivilius Ensifer M. D. L. per aliquot interstitium temporis in controversia, quod illi ad contumaciam tribunalis M. D. Lit. activitas denegabatur, (qua Sopita) cum assumserit vocem suam nil inferebat, praeter expedire praeliminaria Comitiorum suasit, postquam facilius Negotium Curlandiae promoveri vixisset, ad quod assenserunt nonnulli M. nuntij, prout Locki subcamerarius Varsaviensis, Trypolski subcamerarius Cujaviensis, tum et exteri multi ex diversis palatinatibus R. P. et M. D. L: laudentes quid vixisset hic nobis formare projecta, et cudere leges, via tribus Ordinibus non confirmentur praecipue non tantum in hoc negotio Curlandiae, sed sunt plurima, quae attingunt totum regnum Poloniae, et non possunt citius suum effectum habere nisi cum assensu trium ordinum, et hic nos Stuba nuntiorum solum unus Ordo sumus, qualiter ergo omnia perfecte ad finem perducere possumus. Deinde assumptis vocibus M: Czarowsky, Wyżycki, Malachowski, ex palatinatibus Cracoviensi, Posnaniensi et Sandomiriensi tum et aliis dant discursorias rationes, fortiter se se opponendo circa negotium Curlandiae, et quasi pro nihilo conscriptum projectum habendo, et hoc in casu rupturam comitiorum exponebant, ad quid prodessent scripta projecta, si comitia non effectuabuntur, quo respectu non alium judicaverunt modum, nisi per diplomata a Serenissimo rege Illustrissimum Comitem Mauritium cum assistentia militibus, quam dedisse arbitrat. Illustrissimus palatinus Vilmensis, evocare. (s). Post hoc Illustrissimus regens regni, suadebat non alio rigore obstare, sed potius iujus negotii medelam per Celsissimum Primate, qua Patronum iurium, tumque alios Senatores quaerere apud Serenissimum regem suasit, qui Serenissimus nesciens diminuere solum rogare et dilatare imites ad instantiam et persuasionem eorundem inveniet contem-

plandi desideria nostra modum. Hoc quasi idem confirmans M. Eperiassz inferebat, cum rex Serenissimus scivit ab initio Domini sui qualiter tractare rebelles suos (dum expectus est et noster Palatinus Russiae) eo modo possit tractari et Illustrissimus Comes Mauritius, iam autem Illustrissimum palatinum Vilnensem, quod is ad nulla negotii electionis Curlandiae se immiscuit, nec assistentiam dederit, in quononnulli alij defensores memorati Illustrissimi fortiter obstando excusabant, cum autem ad conclusionem sessionis assumpsit vocem Illustrissimus Lubomirski metator Castrorum regni, negotium Curlandiae ad tres ordines disposuit, excusationem autem Illustrissimi palatini Vilnensis coram plenibus Ordinibus commendavit, communicationem scripti projecti cum caeteris nuntiis postulavit, et post hoc ad crastinam diem soluta sessio pro hora nona matutina.

Die 8^{va} Octobris

Sessio 9^{na}

Illustrissimus Mareschalcus post inchoatam sessionem inquirebat utrum scriptum projectum in Negotio Curlandiae sufficit desiderijs stubae nuntialis ad quod responsum Varium fuit, nam nonnulli nuntij postulabant aliquid addere ad projectum, quod etiam subsecutum, sed nec hoc contentabat, dum omnes in casu irriti eventuum comitorum postulabant a Serenissimo rege per expressum manscripta Diplomata revocationis ex Curlandia Illustrissimi Mauritij fuerunt et aliae variae reflexiones ex nonnullis historijs, praecipue, ex circumstantia moderni regis Borussiae cujus antecessores:

1^o loco homagium corporale praestabant

2^o loco per legatos suos

3^o loco per Commissarios nostros mittebant,

4^o autem loco omnia evacuerunt, ne etiam haec sint cum Curlandia tempestive obviando et providendo media per accipienda diplomata evocationis, cum ad hoc fuit assensus, soluta sessio ad crastinum pro hora nona matutina.

Die 9^a Octobris

Sessio 10^{ma}

In inchoatione sessionis Illustrissimus Mareschalcus tulit relationem, quod ad desideria Magnificorum Nuntiorum omnigenam faci-

itatem et benignitatem regis Serenissimi in negotio Declarationis diplomatum ex Curlandia evocationis Illustrissimi Mauritij lucratus sit, quod cum audiverunt Nuntij, omnes gavisissimi sunt; et statim in accepta voce sua Magnificus Sokolnicki nuntius Majoris Poloniae summas gratias agendo M^{ti} Regiae, quod extra spem tota Respublica regio beneficio nunc utitur, igitur ut possit sub ejus regimine commodius inservire Dno, suum punctum ad inscribendum diplomatibus orrexit, cujus contenta haec sunt: quod Illustrissimus Comes Mauritius nec alter quisque praetendens sub quovis praetextu Ducatum Curlandiae usurpare debeat, et si in quantum aliqua acta post electionem nuperrima Neo-electi facta sunt, ut ea huc ad comitia apponantur, et annihilentur, Factores autem hujus negotii coram judicij comitiorum pro Perduellibus sententur. Quo peracto Ill^{mas}, Mareschalcus optabat assumere voces per turnum ad determinationem temporis comitiorum et in eam spem dedit Vocem Magnifico Czawowski, nuntio palatinatus Cracoviensis qui ab inceptioe comitiorum uadebat persistere comitia ad sex septimanas, cui nonnulli fuerunt contradicentes, quasi esset tempus longum, et moti sunt e locis suis ad medium stubae, ubi manebant ultra dimidiam horam post hoc Magnificus Garczyński injunxit, melius esset postulare Serenissimum Regem circa projectum diplomatis, determinationem comitiorum, et dispositionem Vacantiarum, in quem finem soluta sessio ad crastinum, scilicet ad diem decimam Octobris.

Die 10^a Octobris A^o 1726

Sessio 11^a

Post horam nonam matutinam Illustrissimus Mareschalcus nuntiorum attulit diploma evocationis a S^{mo} rege ratione Illustrissimi comitis Mauritij ex Curlandia (unde huc indies speratur). quo perlecto interrogabat nuntios utrum est assensus super voces summendas ad promovendas vacantias, ad quod cum assenserint, dedit vocem ex sermo nuntii Palatinatus Cracoviensis qui assumptis vocibus postulabant promotionem ad summum pontificem emeritissimi viri Celsissimi Primatis, ut condecoretur cardinalitia purpura, una cum Illustrissimo Episcopo Cracoviensi, deinde recommendabat alias bene meritas

familias uti Illustrissimorum Wisnieviecciorum, Potocciorum, Lubomisciorum Vielopolsciorum et familiam Tarlosanam, Rzewusciorum, Dehoforum, caeterosque bene meritos; ex familia vero Visniovecciorum Illustrissimum principem palatinum Cracoviensem, ad castellanatum Cracoviensem et post assensum illius ad palatinatum, Illustrissimum succemerarium regni, ad supremum belli ducatum Illustrissimum palatinum Podlachiae Rzewusky, et post ascensum illius ad campi Ducatum Illustrissimum palatinum Polocensem, et post illius ascensum ad campiducatum Lith^{ae} Illustrissimum principem Wiesniowiecki tumque Illustrissimos, Kijoviensem, Siradiensem, Lublinensem palatinos, Notarium Regni, et Referendarium regni, Chomentowski, Mareschalcuriae regni. Post finitas autem voces illorum, caeteri nuncij ex diversis Palatinatibus memoratos Illustrissimos assumendo voces per turnum recommendabant et promovebant praecipue ad campi Ducatum Regni, Illustrissimos Polocensem et Kioviensem palatinos; quae voces durabant ultra quatuor horas usque ad nuncios palatinatus Vitepskensis super quos soluta Sessio ad crastinum, scilicet ad diem 11^m Octobris.

Die 11 Octobris

Sessio 12^a

Nil aliud in stuba nuntiorum continuabatur praeterquam voce per turnum promovendo unanimi assensu praefatas familias ad dignitates et inter caetera subjunxerunt quaerimonia nonnulli Magnifici nuntij, praecipue Notarius regni super M. Dnm Finch, ablegatus Angliae, quod ille detractor et calumniator honoris totius regni Poloniae ausus est non tantum Varsaviae comparari, sed etiam huc Grodnam venire, qua propter postulabat per Illustrissimum Mareschalcum comitiorum Serenissimum regem, ut si aliquis invenietur e magnatibus nostris favens praefato Dno Finch, vel jam sit, illius, velle illorum, officia declarari pro vacantibus, et tandem soluta sessio ad diem sabathi, scilicet 12^a ad visitationem Serenissimi regis.

Die 12 Octobris.

Sessio 13^{ia}

Die hodierna post inchoatam sessionem Illustrissimus Mareschalcus comitiorum invitabat nuntios ad beatificam visionem Dni a

sculandum manum ejus, ad quod ferme omnium nuntiorum fuit consensus; solummodo nuntij palatinatum Masoviae et Czernichoviae excusabant ex ratione adventus Dni Finch, quoniam se declarabant non citius ituros, nisi prius rex Ser^{mus} demandet illum calumniatorem hinc pellere, et illius favoritarum Polonorum nostrorum officiorum vacantibus declarare, cum autem fuerint persuasi a nonnullis illis, qui invicem se obligarunt hoc deferre Ser^{mo} regi ne amplius foretur in Polonia praefatus minister anglius, concesserunt adire Ser^{mam} Mtm, quam dum accesserunt et adiverunt, Illmus Mareschallus nuntiorum comptissimo et dissertissimo Sermone allocutus est, quod merito legebatur Catalogus omnium bene merentium et rex Ser^{mus} distribuit vacantias: Castellatum Cracoviensem Ill-mo principi Winiowiecki, palatinatus autem Cracoviensis adhuc manet in suspenso, supremum belliducatum regni Ill-mo palatino Podlachiae, campiducatum vero regni Illmo Chomentowski Mareschalco Curiae regni unum palatinatu Masoviensi, super quae officia praestitit juramentum, recedendo a Mareschalcatu Curiae regni, quod officium ad praesens vacat.

Interim post valedictorias Serenissimi regis cum ad stubam Nuntiorum Mgf. nuntij reversi sunt, Ill-mus Mareschallus solvit sessionem ad diem Lunae, scilicet ad diem 14 Octobris una cum determinatione temporis Comitiorum, quae ab actu non plus quam per quatuor septimanas durare debent, nempe adhuc per duas.

Die Dominica, scilicet die 13^{ta} Octobris rex Serenissimus dedit audientiam publicam ablegato Turcico, cognomine Aga Sy Kiella, postulanti extraditionem profugorum Szeberbeiorum, qui jam non reperiuntur in Dominiis Reipblcae amplius. Ad hoc autem nulla illi data est responsio, et forte talis erit, qualis Tartarico ablegato ! ac in materia dabatur.

Projet au sujet du Duché de Courlande, Comme il a été
Lû dans la Chambre des Nonces le 7 Octobre 1726.*)

Le Duché de Courlande

Puisque Selon l'experience universelle tous les Etats et tout les Nations reunis ensemble sous le même Chef et sous la même forme du Gouvernement sont d'ordinaire un Corps beaucoup plus fort, plus hureux et plus aisé à defendre et à conserver, que lorsqu'ils sont partagés. A cette Consideration, en nous attachants aux Pactes éternels de sujettion et d'incorporation tres absoluë et trè pleniere, établis librement dans les formes et legitimement de part et d'autre sans la moindre reserve et confirmés par serment.

En nous conformants de plus à la Constitution de 1589 en défaut de la tige male du Duc Ferdinand d'à present de la famille des Kettlers, sauf en tout ses Droits possessions et prerogatives tant qu'il vivra auquel, en le dispensant de la Constitution de 1611 à cause de Son age avancé et de ses Merites particuliers envers la Republique, Nous permenttous de Nous rendre l'hommage par Son Envoyé

Nous reunissons et incorporons à la couronne de Pologne au grand Duché de Lithuanie le dit Duché de Courlande et de Semigalle avec le district de Pilten anciennement incorporés et unis au Corps de la Republique, avec toutes ses anciennes appartenances.

Nous les recevons pour Citoyens Communs et indivisibles de la couronne et du Gr Duché de Lituanie, aux quels ils ont déjà été admis; Nous promettons de les proteger, defendre et garantir avec les forces communes, les secours et les armées de toute la Republique contre toute usurpation et toutes sortes d'insultes des Ennemis

Et comme Nous excluons, rejettons et abroçons pour jamais

*) Ortografia oryginala.

toute substitution d'un Nouveau Prince à investir après la Mort du Duc Ferdinand d'âpresent, ainsi Nous cassons et annullons tous les attentats passés, usurpés contre Nos inhibitions; Mandats et Rescripts, particulièrement le dernier Conventicule illegitime avec tous les actes s'ingerants dans la matière de la Succession eventuelle.

Nous le declarons par une loix perpetuelle et irrevocable, invalides par default de Nullité et d'insubsistence Naturelle où notre Domaine directe et supreme d'âpresent, et celui de la Republique et sous le Domaine ulile et immediat d'avenir.

Nous assurons aux Courlandois le libre Exercice de la confession d'Augsbourg avec la quelle ils sont accédé à la Republique, L'usage paisible et la Conservation de la même Religion et de tous ses Rits; Suiyant la teneur des mêmes Pactes, en Nous engegeants à ne pas permettre, que personne soit forcée à la changer, Sauf le droit el l'usage de la religion cathol^{iqu} Romaine, préscrit dans la forme du Gouvernement et approuvé par la Constitution de 1678.

Et afin que les demandes et representations de tous les etats de la province de Courlande, touchant l'Ordre Domestique et les autres établissements Necessives pour maintenir le bon Ordre et le Gouvernement interieur, Soient d'autant plus aisement et plus efficacement ajustées, Selon la Justice, les avantages et l'utilité de tout le monde; nous nommons du Consentement de tous les etats de la Republique pour Commissaires du Senat N. N. et de l'ordre equestre N. N. et celà non seulement pour ecouter, examiner, et ajouter les vites demandes et representations mais principalement et avant toute chose pour former et arranger l'Ordonnance de cette province, ensuite pour lever et accomoder les dissensions, les exorbitances, les controverses quelconques et les pretensions domestiqus et etrangeres, à la Charge d'en rendre compte à la Republique, pour avoir son approbation à la diette prochaine.

Nous donnons aux dits Comissaires le pouvoir de juger et de chacier **summario processu** ceux, qui s'y trouverient Rebelles aux Droits de la Republique ou à l'Authorité commissoriale après cette Constitution; Ordonnons de l'authorite du present congrés aux generaux d'armé des Deux Nations de leur donner assistance militaire, Selon ce que besoin Sera, et voulons, que les Dits Com-

missaires après avoir fixé le terme par leur lettres innotescialles expedient la Commission le plutôt qu'il sera possible.

En même temps faisons defense de l'autorité publique de la presente Diétte à tous les habitants en general et en particulier de tout le Duché de Courlande, de Semigalle, et du Disrict de Pilten d'avoir aucune correspondance, pratique ou Negociation quelconqu' avec les puissances etrangeres; De faire aucune innovation, machi nation, ou de tramer directement ou indirectement sous quelque Titre, Couleur, ou pretexte que ce Soit, au prejudice des Droits de la Republique sous peine du Crime de *leze* Majesté de Perduellion e d'autres Rigeurs decrites dans les Loix; aux quelles Rigeurs Seron sujets aussi tous ceux, qui à l'avenir Se trouveroient être les fauteurs cooperateurs, et assistents des dits Primes, et celâ aux jugements designés par le Traité de Varsovie, les quels Nous reassumeron pour cet Efét.

